tas accipit a trio aſpectu iō i hac pte icidētalit detmiat de aſpectib⁹ & pōt diui di i duas ptes: qm̄ i pria pte detmiat de aſpectib⁹. In ſa pte de piectōib⁹ radiorꝫ. Secūda ibi: cū uero fuerit plāeta i aliquo ſigno. Pria ps pōt diuidi i. iiii. ptes ſm iiii. aſpect⁹. In pria detminat de aſpectu ſextili. In ſa pte de aſpectu q̄rto. In tertia de trino. In quarta de oppoſito. Secūda ibi: & aſpicit quartū ante ſe. Tertia ibi: aſpicit etiā qntū an̄ ſe. Quarta ibi: aſpicit etiā ſeptimū. Dicit primo ſigna dicūtur ſe aſpicere hoc modo. Oē ſignū aſpicit tertiū poſt ſe & tertiū ante ſe ſicut aries aſpicit ſignū geminorꝫ qd̄ ē tertiū ante ſe & ſignū aquarii quod eſt tertiū pōt ſe. Et hic aſpect⁹ dicit ſextilis eo ꝙ tenet ſextā ptē circuli. ſ. lx. grad⁹ q̄ ē quātitas duorꝫ ſignorꝫ: & uocat hic aſpectu s: aſpectus amicitie medie & pōt eē rō quia q̄libet duo ſigna iſto mō diſtātia cōueniūt in una qualitate & cū hoc in ſexu: uerbi gratia aries & gemini cōueniūt in caliditate & in maſculinitate. & ſimiliter aries & aquari⁹ taur⁹ & cancer cōueniūt in frigiditate & fœmineitate: & ſimiliter taur⁹ & piſces & ſic intelligas de oib⁹. Poſtea dicit ꝙ quodlibet ſignū aſpicit quartū ante ſe & quartū poſt ſe & iſte aſpect⁹ dicit tetragon⁹ ſiue quart⁹: quia tenet quartā ptē circuli. ſ. lxxxx. gradus q̄ ē quātitas triū ſignorum Et uocatur hic aſpect⁹: aſpect⁹ inimicitie medie: quia q̄libet duo ſigna hoc modo diſtantia repugnāt aliquādo in una qualitate: aliqñ in ambab⁹. diſcordant ēt in ſexu: qa ſi unū eorꝫ ē maſculinū alterꝫ erit fœmininū Et hæc ē cauſa quare in morbis acutis ut plurimū fit criſis cū luna uenerit ad quartū aſpectū loci i quo fuit in principio morbi. maxime ſi fuerit repugnātia in ambab⁹ qualitatibus: & cōiter tūc fit criſis ſalubris uerbi gratia ſi luna fuerit in principio ægritudinis in aliquo ſignorꝫ triplicitatis ignee maxīe i ariete cū uenerit ad quartū ſignū qd̄ repugnat in ābab⁹ qualitatib⁹ & in ſexu cōiter fit criſis ad ſalutem ſicut ſi fuerit in ariete quart⁹ aſpect⁹ erit in cācro. ſi in leone quart⁹ aſpect⁹ erit i ſcorpione. ſi fuerit in ſagittario quart⁹ aſpect⁹ erit in piſcib⁹. In aliis aūt ſignis n̄ ē repugnātia niſi i una q̄litate & i ſexu. uerbi grā taur⁹ et leo: taur⁹ ē ſignū frigidū & ſiccū fœmininū. leo calidū & ſiccū maſculinū. Et hāc repugnātiā iuēies i aliis ſuo mō. Et pp hoc criſes i iſtis ſignis aliqñ fiūt ad ſalutē & aliqñ ad mortē ſm fortūaꝝ ul' ifortūaꝝ aſpectū ad lunā. Deīde dicit ꝙ qd̄libet ſignū aſpicit qntū an̄ ſe & qntū p⁹ ſe: & h̄ aſpect⁹ dr̄ trin⁹ eo ꝙ tenet ṫtiā ptē circuli. ſ. cxx grad⁹. Et uocat h̄ aſpect⁹ amicitie pfecte: qa q̄libet tria ſigna hoc mō diſtātia faciūt unā triplicitatē & cōueīūt i naturis ſicut fuit dictū i. c. imediate p̄cedēti Poſtea dicit: aſpicit ēt qd̄libet ſignū ſeptimū a ſe. i. ſignū oppoſitū: et iſte ē aſpect⁹ pfecte iimicitie rōe oppoſitōis. Et ois plāeta q fuerit i aliquo gradu alicui⁹ ſigni aſpicit plāetā exiſtētē i alio ſigno i cōſimili gradu eodē aſpectu quo aſpiciunt ſe illa duo ſigna. Et auctor loquitur de gradibus zodiaci ſed ſecundum doctrinam Ptolomei accipiuntur aſpectus in equinoctiali: ideō poteſt littera ſic gloſari. Et hoc intelligendum de gradibus equinoctialis: uerbi gratia: ſi

fuerit aliquis planeta in ariete & alter in geminis & subtracte fuerint ascẽsiões circuli directi illius qui est in ariete ab ascẽsionibus circuli directi illius q fuerit in geminis si remanserint.lx.gradus aspiciũt se aspectu sextili. Hoc modo intel lige de aliis aspectibus.

CVM VERO FVERIT PLANETA. In hac parte auctor tangit proie- ctiones radiorum & expedit se breuiter dicẽs. Si fuerit aliquis planeta in aliquo signo proiicit radios suos in consimili gradu signi qp aspicit ipsum aliquo aspe ctu. uerbi gratia: sit aliquis planeta in primo gradu arietis & in secundo mi- nuto proiicit radios suos sextiles ad primũ gradũ geminorum in secũdo minuto eiusdẽ. Auctor nimis breuiloquus fuit in hoc capitulo ideo oportet aliquantu lũ imorari circa explanationẽ aspectuũ & proiectionẽ radiorum. Intelligẽdum ẽ primo qp aspectus cõsiderantur tribus modis. Vno modo secũdũ gradus eq les & secũdũ hunc modũ auctor in littera locutus ẽ de aspectib⁹ & proiectiõi bus radiorum. Et uocant̃ gradus equales gradus zodiaci nõ cõsiderando ascen siones. Secũdo modo cõsiderãtur aspectus secũdũ gradus equinoctialis in cir culo directo: & hoc modo Ptolomeus iubet accipere aspectus in sexta propositõ ne cẽtiloquii: ubi loquitur de causis dierum creticorum & hoc modo accipit̃ cõiter aspectus in interrogatõibus & in reuolutionib⁹ ãnorum mũdi: & in multis aliis Tertio modo cõsiderãtur aspectus & proiectiões radiorum secũdũ modũ directio nũ & hoc modo accipiuntur in natiuitatib⁹. Intelligẽdũ ẽ iuxta capitulum de aspectibus qp aspect⁹ accipiuntur tribus modis: & tot modis ẽt accipiuntur proiectiones radiorum. Vno modo accipiuntur aspect⁹ et proiectiones radiorũ secũdũ gradus circuli signorum ita qp cõputant̃ gradus zodiaci q sũt inter unum planetã & aliũ. & iste ẽ modus quẽ ponit auctor in littera. Et hũc modũ tenet Abrahã auenezre. Et dicit qp quasi infinities ẽ expertus qp aspect⁹ debẽt accipi in zodiaco & nõ in equinoctiali & hic modus ẽ facilis ualde. Et exemplifica- tũ fuit sufficienter de hoc in sentẽtiãdo litterã. Secũdo modo accipiuntur aspe ctus in equinoctiali secũdũ ascẽsiones circuli directi secũdũ quẽ modum iubet Ptolome⁹ accipere sicut dictũ fuit super litterã. Cũ igit̃ secũdum hũc modũ uo lueris equare aspect⁹ quere ascensiones planetæ in circulo directo q̃ incipiunt a capricorno & serua eas. Deinde eodẽ modo q̃re ascensiones gradus alterius planetæ in eodẽ circulo directo & serua eas. Deinde subtrahe ascẽsiones illius qui propinquior fuerit capricorno secũdũ ordinẽ signorum ab ascẽsionib⁹ il- lius qui longi⁹ fuerit: & si remãserint.lx.gradus aspiciũt se aspectu sextili. Si re mãserint.lxxxx.gradus aspiciũt se aspecto quarto. Et si.cxx.gradus remãserint aspiciciũt se aspectu trino. Pro aspectu autem opposito non oportet querere ascensiones quia quando duo planetæ opponuntur in zodiaco: opponuntur & in equinoctiali. Iste modus facilis est: ideo nõ oportet hic multũ stare. Terti us autẽ modus aspectuũ & proiectionis radiorum est multũ difficilis maxie nõ ex-

ercitatis in calculationib⁹.Intelligēdū ē primo circa hūc modū φ ꝓiectio ra/ dioꝝ accipit̃ secūdū ascēsiões circuli directi quádo planeta cuius radios uolu mus ꝓiicere ē in medio cœli uel in angulo terre.Et quádo ē in gradu orientis uel in gradu occidētis accipit̃ secūdū ascēsiones regionis siue horizōtis obliq secūdū tabulas factas ad illá regioné.Si aūt nō fuerit planeta in aliquo quattu or hoꝝ locoꝝ.sed in locis intermediis tūc accipiunt̃ mixtim.Cū igit̃ uolue/ ris proiicere radios alicui⁹ planetæ cōsidera si planeta ille cui⁹ radios uis ꝓii/ cere sit in medio cœli uel i águlo terre & tūc quere ascēsiones illi⁹ gradus in cir culo directo sup quas addas.lx.gradus si uolueris radiationé sextilé sinistrā.s. illá quæ procedit secūdū ordiné signoꝝ a loco planetæ.Et gradus post addi/ tioné prouenićtes reduc ad gradus equales in circulo directo secūdū doctrinā canonū primi mobilis & gradus zodiaci q ꝓuenerit in illo sūt radii sextiles et sicut dixi.lx.gradib⁹ pro radiatiōe sextili ita intelligas de.lxxxx.ꝓ radiatione q̃rta & de.cxx.ꝑ radiatiōe trina.Si aūt uolueris radiationé dextrā.s.illā q̃ pro cedit a loca planetæ uersus occidēté subtrahe ab ascēsionibus gradus planetæ lx.gradus pro radiatione sextili uel.lxxxx.ꝑ radiatiōe q̃rta uel.cxx.ꝑ radiatio ne trina.Et numeꝝ q remanet reduc ad gradus equales sicut pri⁹ et gradus zo diaci q exiuerit in illo sūt radii.Exéplū in radiacione sinistra pono φ Saturn⁹ sit in angulo medii celi i fine sexti gradus uirginis a cēsiōes illi⁹ gradus in cir/ culo recto sūt.ccxxxxvii.gradus.xxxxviii. minuta uolo habere radiationé sex tilé addá ergo.lx.gradus & prouenićt .cccevii.gradus.xxxxviii.minuta quos reducá ad gradus equales in circulo directo:& exeūt.x.gradus.xiiii.minuta.x iiii.secūda scorpionis ibi sūt radii sextiles saturni sinistri in hoc casu .Exéplū in radiatione sextili dextra.subtrahá ab ascēsionibus predictis.lx.gradus & remanēt.clxxxvii.gradus &.xxxxviii.minuta. reducá ad gradns equales in cir culo directo:& exeūt.vii.gradus.viiii.minuta &.xv.secūda cācri.ibi ergo in ꝓ posito sūt radii sextiles dextri Saturni.Si uero planeta cuius radios uis ꝓice re sit in gradu oriētis quere ascēsiones gradus planetæ ꝑ tabulá ascēsionū cir/ culi obliq de seruiēté tue regioni.Et si uolueris radiationé sinistrā adde super ascēsiōes gradus planetæ.lx.gradus pro radiatione sextili uel.lxxxx.pro quar ta radiatione uel.cxx.pro trina radiatione .Exéplū in radiatōe sextili sinistra: pono φ Iupiter sit in gradu oriētis in fine.x.gradus sagittarii ascēsiones illius gradus i horizōte obliquo sūt.cclxxv.grad⁹ &.xxvii.minuta & uolo habere radiationé sextilé sinistrā addá sup ipsos.lx. gradus & proueniunt.cccxxxv. gradus & minuta.xxvii.quos reducá ad gradus equales in circulo obliquo & exeūt.xii.gradus xxxxiii.minuta.xxi.secuda aquarii ibi ergo sūt radii sexti es Iouis exēplū i radiatōe sextili dextra subtrahá ab ascēsionibus gradus Iouis.lx gradus & manēt ccxv.gradus.xxvii.minuta reducá ad gradus equales & exit t xxv.gradus.liiii.minuta.l.secūda libræ ibi sūt radii sextiles Iouis.Si uero plane

ea fuerit in gradu occidentis opaberis cũ gradu opposito.f.accipes ascẽsiones nadir gradus planetæ in horizõte obliquo & facies penitus codẽ mõ quo dictum ẽ. Sed postq̃ reduxeris ad gradus equales loc⁹ radiorũ ẽ loc⁹ oppositus illius loci quẽ inuenis. Et ut clarius pateat ponã in hoc exẽplũ. Pono q̃ Iupiť sit i gradu occidẽtis in fine.x.gradus sagittarii: querã ascẽsiones.x.gradus geminorũ & inuenio .xxxxi. gradus.viiii.minuta addã.x.grad⁹ p radiatõe sextili & pueniũt. ci.gradus.viiii.minuta.reducã ad gradus equales i horizõte obliquo & exiũt.ii.gradus.xxx.minuta:xxxxv.secũda leonis.sũt ergo radii i opposito istius.f ii.gradu.xxx minuta.xxxxv.secũda aquarii. Si aũt planeta cuius radios uis proiicere nõ fuerit in aliquo locorũ dictorũ tunc oportet accipere radiationẽ mixto modo secũdũ proportionẽ distantie gradus planetæ inter unum angulũ & aliũ. Modus aũt ẽ iste si planeta cuius radios uis proiicere fuerit iter mediũ celi & gradũ ascẽdẽtem:accipe primo ascẽsiones gradus medii celi q̃s subtrahe ab ascẽsionib⁹ gradus planetæ in circulo directo & quod remanet ẽ distãtia a medio cœli quã serua. Deinde super ascẽsiões grad⁹ planetæ in circulo directo.lx.gradus adde pro radiatõe sextili uel.lxxxx.p raditione.iiii. uel.cxx.p trina: & quod puenerit reduc ad gradus equales in circulo directo et qđ prouenerit serua.& uoceť radiatio circuli directi. Deinde q̃re ascẽsiões grad⁹ planetæ in horizonte obliquo p tabulã regionis tue sup quas adde similiter.lx gradus pro radiatõe sextili uel.lxxxx.pro.iiii.uel.cxx.p trina & qđ puenerit reduc ad gradus equales p tabulas tue regionis & qđ exiuerit serua.& uocetur radiatio regionis. Deinde uide differẽtiã inter radiationẽ circuli directi & radiationẽ regionis :quã differẽtiã multiplica p distãtiã grad⁹ planetæ a medio cœli & productũ diuide per medietatẽ arc⁹diurni gradus planetæ.& prouenit pars pportionalis quã adde sup radiationẽ circuli directi.si radiatio circuli directi fuerit minor radiatõne regionis & subtrahe ab ipsa si fuerit maior.& qđ prouenerit erit loc⁹ radiorũ. Medietatẽ aũt arcus diurni gradus planetæ inuenies subtrahẽdo ascẽsiones grad⁹ planetæ in circulo obliquo ab ascensionibus ei⁹ nadir & mediãdo illud. Posset ẽt alio mõ inueniri ps pportiõalis differentie duarũ radiationũ.f.q̃ acciperet sexta ps differẽtie & multiplicaretur p horas distãtie planetæ a medio cœli. Sed hic modus ẽ magis tediosus q̃ primus :quia oportet secundum hunc modum diuidere distantiam gradus planetæ a meridie per partes horarum gradus planetæ ad hoc q̃ inueniantur hore distantie a meridie . Consulo primum modum . Exemplum hoc pono q̃ gradus medii cœli sit. xx.gradus leonis completus & saturnus sit in sexto gradu uirginis cõpleto. Querã distantiã saturni a medio cœli p ascẽsiões circuli directi. Et inuenio in distantia.xv.gradus.xxii.minuta seruabo itaq̃ eam Deinde subtrahã ascẽsiões gradus Saturni in circulo obliquo ab ascẽsionibus gradus oppositi. Et remanẽt.xxi.gradus.xx.minuta q ẽ tot⁹ arcus diurn⁹ Sa

turni quē diuidá p mediū.& ueniūt.c.gradus.xxxx.minuta q ē medietas ar-
cus diurni Saturni:feruabo itaq3 eū.Deinde querá ascēsiōes gradus :saturni in
circulo directo & inuenio.ccxxxxvii.gradus.xxxxviii.minuta quib⁹ addá.lx.
gradus quia uolo radiationē sextilē sinistrá.& proueniēt.xxxvii.gradus.xxxx
viii.minuta quos reducá ad gradus eq̄les in circulo directo & iuenio.x.gradus
xiiii.miuta.xiiii.ii.scorpiōis.et h̄ ē radiatō circuli directi.Deide q̄rá ascēsiōes gra
dus saturni in circulo obliquo in regione cui⁹ latitudo ē.xxxxviii.gradus. Et
inuenio.cxxxxvii.gradus.xi.minuta quibus addam.lx.gradus & proueniunt
xxvii.gradus.xi.minuta quos reducá ad gradus equales in circulo obliquo &
inuenio.xviiii.grad⁹.lii.minuta.xiiii.secunda libre. Video q̄ radiatio circuli
directi est maior quam radiatio regionis subtraham minorem de maiori &
inuenio in differentia.xx.gradus.xxii.minuta quá reducá ad idē genus & pro
ueniūt.M.ccxxii.reducá ēt distátiá saturni a medio cœli ad idē genus distatia
fuit.xv.gradus.xxii.minuta reducá ad idem gen⁹.f.lxxxxii.minuta multiplica
bo differentiá p distátiá & pueniūte.112668 4.secunda.Deinde reducá medie
tatem arcus diurni saturni ad idē gn⁹.Medietas arcus diurni fuit.c.gradus.xx
xx.minuta reducta ad idem gen⁹..Mxxxx.pueniū t minuta p qūæ diuidá nu
meꝝ q prouenit ex multiplicatōe.Et exiūt tres grad⁹.vi.minuta.xxxii.ii.quos
subtrahá a radiatōe circuli directi:qa illa fuit maior & remanent septem grad⁹
vii .m iuta.secūda scorpionis.ibi sūt radii saturni sextiles sinistri in casu ppo
sito. Si'aūt uolueris radiationē dextrá ubi precepi addere.lx.gradus subtra
he.lx.& operaberis sicut pri⁹.Si uero gradus planetæ cui⁹ radios uis proiice-
re fuerit inter gradū ascēdētē & angulū terre uide lōgitudinē ei⁹ a gradu ascē-
dēte quá scies hoc modo.Subtrahe ascesiōes gradus ascēdētis in circulo obli-
quo ab ascēsiōib⁹grad⁹planetæ in eodē circulo obliquo.Et h̄ si uolueris radia
tionē sinistrá.& qd' remáserit erit distátia planetæ a gradu ascēdēte serua eam
Deinde quere medietatē arc⁹ nocturni grad⁹ planetæ quē scies hoc mō subtra
he ascēsiones nadir grad⁹planetæ ab ascēsionib⁹ grad⁹planetæ & remanebit
tot⁹ arc⁹ nocturnus quē media & serua medietatē.His itaq3 seruatis quere ascē
siones gradus planetæ in circulo obliquo p tabulá factá ad latitudinem tue
regionis quibus adde .lx.pro radiatione sextili & ceta.& quod prouenit re-
duc ad gradus equales in circulo obliquo & uocetur radiatio circuli obliqui
Deinde quere ascēsiones gradus planetæ in circulo directo quibus adde.lx.gra
dus pro radiatione sextili & ceta.& q̄ prouenerit reduc ad gradus eq̄les in cir
culo directo & qd' prouenerit serua:& uocetur radiatio circuli directi.Dein-
de uide differentiam inter radiationem regionis & circuli directi subtrahēdo
minorem a maiori.quá differētiam multiplica p distátiá planetæ a gradu ascē
dēte.Et pductum diuide per medietatē arcus nocturni gradus planetæ & exi
bit ps pportional'quá adde cū radiatōe regiōis si fuerit minor radiatōe circuli

dirrcti uel subtrahe a radiatiõe regionis si illa fuerit maior radiatiõe circuli di recti. Et quod post additionẽ ul' subtractionẽ ꝑuenerit locus erit radioꝝ. Exẽplũ in hoc pono ꝙ gradus ascẽdẽs sit .xviii. scorpionis & Iupiter sit in .x. sagittarii q̃rã ascẽsiones gradus ascẽdẽtis in orizonte .xxxxviii. graduũ & inuenio. ccxxxxv. gradus .lv. minuta. Deinde querã ascẽsiones gradus Iouis in eodẽ horizõte obliquo: & inuenio .cclxxv. gradus & .xxvii. minuta subtrahã ascensiones gradus ascẽdẽtis ab ascẽsionib⁹ gradus Iouis & remanẽt .xxviiii. gradus. xxxiii. minuta q̃ ẽ distãtia Iouis ab ascẽdẽte. Deinde subtraxi ascẽsiones grad⁹ oppositi Iouis ab ascẽsiõib⁹ gradus Iouis & residuũ mediaui: & inueni .cxvii. gradus. viiii. minuta quæ ẽ medietas arc⁹ nocturni gradus. Iouis. Deinde addidi ascensionibus Iouis .lx. gradus & ꝑuenerũt .cccxxxv. gradus .xxvii. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo et inueni .xii. gradus .xxxxv. minuta aquarii. Et h̃ ẽ radiatio regionis: seruaui itaq; eã. Deinde q̃siui ascẽsiões gradus Iouis in circulo directo: & inueni .cccxxxviii. gradus .xxi. minuta q̃bus addidi .lx. gradus & ꝑuenerũt .ccclxxxxviii. gradus .xxi. minuta subtraxi unã reuolutionẽ .s. xxxviiii. grad⁹ & remãserũt .xxxviii. gradus .xxi. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo directo & inueni .l. gradus .lvii. minuta aquarii & hæc ẽ radiatio circuli directi. Deinde subtraxi minorẽ radiationẽ de maiori & inueni in differentia sex gradus .xxxxviii. minuta quam differentiam multiplicaui per distãtiã Iouis ab ascẽdẽte & diuisi ꝑ medietatem arc⁹ nocturni & inueni i ꝑte ꝓportionali .i. gradũ .xxxxii. minuta .xxxxvii. secũda quã subtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remãserũt post subtractionẽ xi. gradus duo minuta .xiii. secũda aquarii & ibi ẽ loc⁹ radioꝝ Iouis. Si aũt uelles proiicere radios uersus dextrũ tũc deberes uidere distãtiã gradus planetæ ab angulo terre per ascẽsiones circuli directi quã inuenies subtrahẽdo ascẽsiones gradus planetæ in circulo directo ab ascẽsionib⁹ anguli terre in circulo directo. Et tũc partẽ ꝓportionalẽ duaꝝ radiationũ deberes addere radiationi circuli directi si illa esset minor radiatione regionis uel subtrahere si esset maior in nullo alio differt op⁹ nisi ꝙ ubi precepi addere ascẽsionib⁹ .lx. gradus & cetã debes subtrahere .lx. & cetã. Si autem gradus planetæ cuius radios uis proiicere fuerit inter gradũ occidẽtis & gradũ .x. dom⁹ operaberis cũ gradu opposito planetæ recte ꝑ eãdem uiam sicut iam dixi inter ascendens & angulum terre quan do enim grad⁹ planetæ est inter gradum occidentis & medium coeli eius opposit⁹ gradus est inter ascendens & angulũ terre. Et tantũ distat gradus opposit⁹ planetæ ab ascendente quantum gradus planetæ a gradu occidentis: iõ eadem ẽ operatio nec pl⁹ nec minus. Sed postq̃ cõpleueris operationem loc⁹ radiorũ ẽ locus opposit⁹ illi⁹ loci quẽ inuenisti sicut tibi exẽplificaui qñ plãeta ẽ i gradu occidẽtis. Si ãt cõtigat sicut sepe cõtigit ꝙ grad⁹ planetæ sit añ ãgulũ et loc⁹ ubi cadũt radii sui sit ultra ãgulũ sicut uerbi grã loc⁹ planetæ sit inter me-

dium cœli & ascendens & radii cadant ultra ascendens . s.inter ascendens & angulũ terre . Iste casus quasi frequenter cõtingit in radiatione trina & multoti ens in quarta: & aliquando in sextili . Mod⁹ est iste si locus planetæ cuiuš radios uis proiicere sit inter medium cœli & ascendens & radii sui debeant cadere ultra ascendens : uide distãtiã planetæ a medio cœli per modũ prius dictũ & uide me dietatẽ arcus diurni gradus planetæ per modũ prius dictũ & serua utrũq₃.s. di/ stantiam & medietatem arcus diurni: Deinde queras ascẽsiones gradus planetæ in circulo directo q̃re etiã ascensiões grad⁹ ascendentis in eodẽ circulo directo Deinde subtrahe ascensiones grad⁹ planetæ ab ascensionib⁹ gradus ascedentis. Et quod remanserit serua & uocet̃ pars radiationis circuli directi. Deinde que re ascensiones grad⁹ planetæ in circulo obliquo . & quere ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo . & subtrahe ascensiones planetæ ab ascensioni/ bus grad⁹ ascendentis : & quod remanserit serua & uocet̃ ps radiationis regio nis. Deinde subtrahe partẽ radiatiõis minorem a maiori & remanet differen/ tia q̃₃ multiplica p distãtiã planetæ a medio cœli & pductũ diuide p medietatẽ arcus diurni grad⁹ planetæ & pueniet ps pportiõalis q̃₃ adde pti radiatiõis cir culi dircti si fuerit minor pte radiatiõis regiõis. uel subtrahe si fuerit maior: & qꝑ puenerit erit ps radiatiõis eq̃ta: q̃ ps si fuerit minor. lx. gradib⁹ radii sextiles ca dunt ultra angulũ ascendentis si fuerit maior cadunt ante angulũ. Et si hæc pars fuerit minor. lxxxx. gradibus radii quarti cadunt ultra angulũ. si maior cadunt ante angulũ. Et si hæc pars fuerit minor. cxx. gradib⁹ sicut est quasi frequẽter ca dunt radii trini ultra angulum si fuerit maior. cxx. cadunt ante angulum . Si igi tur cadant radii ultra angulũ subtrahe partẽ radiationis equatã a. lx. gradibus pro radiatiõe sextili uel a. lxxxx. pro radiatiõe quarta uel a. cxx. pro radiatiõe trina & quod remanserit adde super ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo & quod prouenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo & gra dus signi qui exierit erit locus radiorum. Si sciueris istam operationẽ scies diri gere planetam existentẽ in una quadra ad locum existẽtem in alia quadra. Hũc modũ nõ uidi expositũ nec positũ in aliquo libro. Vt plani⁹ pateat qđ dixi po nam in hoc exemplũ. Pono qꝑ gradus medii cœli sit. x. gradus cancri & satur / nus sit in quarto gradu uirginis & gradus ascendens in horizonte obliquo in regione cuius latitudo est. xlviii. gradus sit. vii. gra. lviiii. minuta libræ. Quesi/ ui ascensiones gradus medii cœli in circulo directo & inueni. clxxxx. gra. liii. minuta. Deinde q̃siui ascensiões gradus saturni in circulo recto & inueni. ccxlv grad⁹. lv. minuta. Subtraxi ascensiões medii cœli ab ascensionibus gradus satur ni & remanserunt. lv. gradus. ii. minuta: quæ est distantia saturni a medio cœli. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensiõibus gradus oppositi in eodẽ circulo obliquo & remãserunt. cciii. gradus. iii. minuta & hic fuit arcus diurnus gradus saturni quem mediaui & inueni. ci. gradus

xxxi.minuta.xxx.ii.quæ ē medietas arcus diurni gradus saturni. Subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo directo quæ fuerūt .ccxlv.gradus.lv.minuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodē circulo directo quæ fuerunt.cclxxvii.gradus.xviiii.minuta & remanserunt.xxxi gradus.xxiiii.minuta quæ fuit pars radiationis circuli directi .Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo quæ fuerūt.cxliii.gra.cclxxvii.ab ascēsiōib⁹grad⁹ascēdētis in eodē circulo obliquo q̄ fuerūt. clxxxx .gra.liii.minuta.&remanserunt.xlvi.gradus.xxvi.minuta quæ fuerūt pars radiationis regionis siue circuli obliqui: uidi q͂ pars radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minorem de maiori & remāserunt.xv.gradus.ii.minuta quæ fuit differentia duarū partiū quā multiplicaui per distātiā a saturni medio cœli & diuisi per medietatē arcus diurni gradus saturni & exiuerūt.viii.gradus.viii.minuta.lviiii.z.& hæc fuit pars proportionalis differentie quā addidi supra partem radiationis circuli directi & prouenerunt.xxxviiii.grad⁹.xxxii.minuta.lviiii.z Isti sunt gradus ascensionū qui fuernut in figura a saturno usq̧ ad gradū ascendentem & quia fuerūt pauciores q̧̄.lx.sciui q̧ radii sextiles saturni in hac figura ceciderūt ultra gradū ascēdētē .Subtraxi ergo hos gradus a.lx.pro radiatione sextili & remāserūt .xx.gradus .xxvii.minuta.i.s̄m:quos addidi super ascēsiones grad⁹ ascēdētis in circulo obliquo qui fuerunt.clxxxx.grad⁹.liii.minuta & ꝓuenerūt .ccxi.gradus.xx.minuta quos reduxi ad grad⁹equales in circulo obliquo & inueni.xxii.grad⁹.liiii.minuta.lii.z.libræ ibi fuerūt radii sextiles saturni in proposito exemplo s̄m hunc modū debet fieri in aliis angulis. Et hæc de radiationibus sufficiant.

h ABENT ETIAM QVINQVE PLANETE IN VNO QVOQVE SIGNO TERMINOS. Prius auctor determinauit de tribus dignitatibus essentialibus planetarū. In ista parte auctor determinat de quarta dignitate essentiali quā habent planetæ in signis & diuidit̃ in duas ptes qm̄ in prima pte ponit terminos planetarū In secūda pte soluit quādā cōtrauersiā q̄ est inter aliquos de triplicitatib⁹& terminis .Secūda ps incipit ibi .Quidā preponūt.Prima ps diuidi potest in duas ptes ita q̧ primo incipit tractare de terminis planetarū litteraliter.Secūdo ponit tabulā de ipsis terminis. Secūda incipit ibi & ꝓpter diuersitatē eorūdē. Dicit primo q̧ qnq̧ planetæ .s.Saturn⁹ Iupiter Mars Ven⁹& Mercurius habent terminos dispositos per diuersos grad⁹ . Et primus termin⁹ē Iouis a principio arietis usq̧ ad finē sexti grad⁹eiusdē.Et a principio septimi grad⁹eiusdē arietis usq̧ ad finē.xii.est termin⁹ueneris.Et a principio.xiii.grad⁹usq̧ ad finē.xx. est termin⁹ Mercurii .Et a principio.xxi.usq̧ ad finē.xxv.est termin⁹Martis. Et a principio.xxvi.usq̧ ad finē arietis est terminus saturni .Postea dicit & quia isti gradus sunt diuersi ita q̧ non uadunt equaliter nec secūdum ordinem planeta

rum graue eēt eos tenere in memoria: iō posuit eos iñ tabula fm q ur̄ i littera.

QVIDAM PREPONVNT TRIPLICITATES TERMINIS. Hic soluit q̄dā cōtrauersiā q̄ est int̄ sapiētes de triplicitatib9 & termis. Et dicit qdam preferūt triplicitates terminis & qdā pferūt terminos triplicitatib9. Soluit istā controuersiā & dicit q dn̄i triplicitatū sūt fortiores quātū ad nutritionē puerorū: qa in natiuitatib9 significant nutritionē & ab eis accipit̄ significatio utrū puer sit uitalis aut nō: dn̄i aūt terminorū sunt fortiores in directione: quia dū dirigit̄ grad9 ascendēs alicui9 natiuitatis dirigit̄ ad terminos fortunarū & infortunarū. & dn̄s termini illi9 uocat̄ diuisor uel dispositor q̄diu durat directio in illo termino: & si fuerit ibi aliqs planeta ul' radii ei9 erit pticeps. De hoc diffusius dicet̄ in sequētib9 dn̄o cōcedēte. Notādum est hic de terminis q discordia fuit inter sapiētes antiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis quarū una fuit indorū alia egytiorū. tertia caldeorū. Ptolome9 in. ccxviii. ppositiōe prime ptis q̄dripartiti magis approbat terminos egytiorū & dicit se īuenisse unū librū de termis antiquū q p uetustate erat p maiori pte fractus. Et ille cōcordabat cū terminis egyptiorū. & in illo libro sūma graduū terminorū cuiuslibet planetæ erat tant9 quāt9 numer9 annorū suorū maiorū quos dant in natiuitatib9. Verbi gr̄a: āni maiores saturni sunt. lvii. āni Iouis. lxxviiii. Martis lxvi. Veneris. lxxxii. Mercurii. lxxvi. & oēs isti collecti faciūt. ccclx. Si uolueris hoc experiri cōputa grad9 oīm terminorū alicui9 planetæ: uerbi gr̄a Iouis: & inuenies numerum annorum suorum scilicet lxxviiii. & sic de aliis Haly in commento. ccvi. propositionis prime partis quadripartiti dicit. Illi de egypto fuerunt sapientes magici qui fuerunt ab antiquo tempore. nam isti fuerunt studii & exercicii magni in scientiis & sapientiis omnibus de qbus hō se iuuare p̄t. Et scim9 hoc p chronicas sapiētū antiquorū fm q loquebant̄ de ipsis & p ea q̄ de suis opib9 remāserūt a multis milib9 annorū usq; ad hodiernā diē. Tn̄ ego dico illud q ego uidi de una expientia q̄ inueni in loco q dict9 est oculus solis: qa in modico tpe miracula magna uidi. hæc sūt uerba Haly. de experiētia aūt tacet. In cētiloquio in cōmēto illi9 ppositiōis ult9 hui9 seculi dicit unā expiētiā de sigillo scorpiōis facta i lapide fm q p̄t ibi uideri & q uoluerit uidere ibidē uideat.

F ACIES AVTEM SIGNORVM. Hic determinat de qnta dignitate & ultīa essentiali q̄ hn̄t planetæ in signis q̄ uocat̄ facies. Et pōt diuidi in tres ptes: qm̄ in p̄ma pte ponit diuisiōem & ordinationē facierū. In secūda pte docet inuenire facies p numeros. In tertia pte ponit de eis tabulā. fa ps incipit. Cū habueris grad9 in aliquo signo: Tertia ē i fine ubi pōit tabulā. Dicit q qlibet signū diuidit̄ i tres ptes eq̄les q̄ uocāt̄ tres facies & q̄libet facies ē ex. x. gradib9. Et icipiūt iste facies a p̄ncipio arietis & pcedūt fm ordinē signorū & planetarū ita q p̄ma facies ē martis. s. p̄mi. x. gradus secūda facies arietis. s. x. gradus seq̄ētes sunt solis qui succedit marti in or-

dine sphærarū.iii.est ueneris quæ succedit soli & prima facies tauri est mercurii quæ succedit ueneri. Secunda lune quæ succedit mercurio. Tertia saturni. Et prima geminorū Iouis. & sic secūdū hunc ordinē usq; ad finē signorum. Postea docet inuenire per numeros cuius planetæ sit aliqua facies. Et dicit cū habueris gradū alicuius signi & uolueris scire cuius planetæ facies sit in illo gradu computa numerum signorū a principio arietis usq; ad principiū signi propositi & multiplica illū numerū per tres: & cū numero producto adde facies completas signi propositi: uerbi gratia si transiuerint .x. gradus completi adde unitatem. Si .xx. completi adde duo. Deinde a toto numero subtrahe .vii. quotiēs poteris & quod remanserit computa a marte ꝫm ordinem planetarū. & ubi numerus finitus fuerit sequens planeta est dominus faciei quesite: uerbi gratia pono qd habeam: xv. gradus leonis uolo scire cuius facies sit .xv. gradus leonis scio ꝙ a principio arietis sunt quarta signa completa multiplicabo ergo .iiii. per .iii. & erunt .xii. Et scio ꝙ de leone trāsiuit una facies completa: iō addi unum & erūt .xiii. facies complete a principio arietis subtrahā inde septē & remanent .vi. dabo primam unitatem marti: secundam soli. tertiam ueneri. quartam mercurio. quintā lune. sextā saturno. Erit ergo facies sequens quæ nō fuit completa Iouis. Postea ponit tabulam cuius opus facile est. Queres enim nomen illius signi cuius dominū faciei queris & inuenies in directo quis sit dominus prime faciei & quis secunde & quis tertie.

e ET QVIA AVXILIANTE DEO. Postq̃ auctor determinauit de dignitatibus planetarꝝ in signis. In ista pte determinat de fortitudinibus quas habent in istis dignitatibus. Et pōt diuidi in duas ptes: qm̄ in prima pte ostendit quot fortitudines habeat planeta in q̄libet dignitate. In .ii. pte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. ii. est ibi: un de q lā de hac re. Prima ps pōt diuidi in duas: qm̄ primo cōtinuat se ad dicenda. ii. psequit̄ ibi: mā dn̄s domus. Dicit quia adiuuante deo cōpleuit de dignitatibus planetarū in signis. modo uult ostēdere quot fortitudines habeat quilibet in ipsis dignitatibus. Postea dicit ꝙ dn̄s dom⁹ hēt quinq; fortitudines. dominus exaltationis hēt quattuor dominus triplicitatis hēt tres dn̄s termini duas dn̄s faciei unā. Postea replicat illā controuersiam de terminis. Et ponit cōperationē in dignitatib⁹ planetarū dicens ꝙ qdā de dignitatibus planetarū fecerūt talē cōparationē ꝙ planeta existens in sua domo est similis uiro existenti in domo atq; dn̄atione sua. Et planeta in exaltatione sua ē similis uiro in regno atq; gloria sua & patet in littera. Ex ista littera pōt notari si aliqs planeta patiat̄ magnū infortuniū in domo uel exaltatiōe sua hoc ē multū detestabile. sicut multū esset detestabile si rex uinceret̄ in ꝓprio regno suo & in fortiori loco regni sui. Ideo qn̄ luīaria eclypsant̄ in propriis domibus uel exaltationibus suis hoc est malum signum.

EQVVNTVR HAS FIGVRE SIGNORVM. Prius au/
ctor determinauit de dignitatibꝰ planetarũ in signis & de fortitudi/
nibus quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de
figuris siue formis ipsorũ signorum hoc est ostendit nobis quæ si/
gna habent formas humanas: & quæ habent formas aliorũ animalium & ma
net indiuisa. Dicit quod quædam signa dicunt rationalia. s. illa quorum ima/
gines sunt figurate ad imagines hominum & illa sunt gemini uirgo aquarius li/
bra & medietas prima sagittarii. & ista dicuntur habentia pulchras uoces. Et
uirtus eorum est maior cũ fuerint in oriente. Et quædam ex signis dicuntur ha/
bentia alas. s. gemini uirgo & piscis. Quædam ex eis dicuntur quadrupedia. s.
sagittarius leo aries taurus & capricornus. Et eorum quædam sunt domestica.
s. illa quæ sunt figurata secundũ figuras animalium domesticorum. Et hæc sunt
aries taurus & capricornus. Et eorum uirtus magis apparet cum fuerint in me/
ridie. Virtus autem uirginis capricorni & aquarii magis apparet cum fuerint
in septentrione. Et quædam ex signis uidentur uitiosa & turpia & tortuosa. s.
aries taurus cancer scorpius & piscis. & uirtus eorum magis apparet in occidẽ
te. Quædam uero sunt sterilia. s. gemini leo uirgo. Et q̃dam dicuntnr habentia
paucos filios. s. aries taurus libra sagittarius capricornus & aquarius. Et q̃dam
ex his signis sunt multum luxuriosa. s. aries & taurus leo & capricornus. Et quæ
dã dicuntur multum filiorum scilicet cancer scorpius & piscis. Et quædam ex
his signis dicuntur habentia dimidiam uocem: illa scilicet q̃ habent uocem aĩa/
lium balantium rugientium & mugientium: ut aries taurus leo capricornus &
ultima pars sagittarii. Quædam ex signis dicuntur carentia omnino uoce. s. illa
q̃ figurantur secũdũ imagines animaliũ carentiũ uoce: ut cancer scorpio & pi/
scis. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum
alia sunt in forma hominũ. Alia in forma bestiarum. Alia in forma bestinglorꝫ
Alia in forma reptiliũ. Quæ sunt in forma humana sunt gemini libra aquariꝰ
uirgo. In forma bestiarum aries taurus capricornus & sagittarius. In forma be
stinglorũ idest animalium rapatium leo. In forma reptilium cancer & scor/
pio & piscis.

TVNVMQVODQVE SIGNORVM HABET PRO
PRIAM SIGNIFICATIONEM. Prius auctor determinauit
de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habẽt signa
ex membris hominũ & ex regionibus & ex planetis. Et potest diui/
di in duas partes: quoniam in prima parte facit quod dictum est. In secunda de
terminat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidẽ pla
netæ significauerint dolorem: Prima potest diuidi in. xii. partes secundũ ꝙ. xii.
sunt signa. Clarũ est quod dicit in littera excepto ꝙ nomina regionũ nõ sunt
nobis nota. Notãdũ est hic quod Ptolomeus diuidit totã terram habitabilem

in quattuor partes.Et secũdũ diuisionem Ptolomei imaginari potest una linea transiens ab oriente in occidentem per mediũ habitationis ita quod ista linea diuidat partem meridionalem a septentrionali .Et dicit haly ꝙ ista linea distat ab equinoctiali per.xxxvi.gradus .& secũdũ hanc diuisionem distat ab ultima hab.tatiõe in septentrione per.xxx.gradus uel circa ita quod tota latitudo contineat.lxvi.grad⁹.Et tanta est distantia equinoctialis usq; ad circulũ: immo est lxvi.gradus.xxvi.minuta: &.xxx.z.Ideo dicit haly uel circa.Et dicit quod in fine istius linee uersus occidentem est passagiũ herculis. & hoc est unde transitur in hispaniam & est mare ibi strictũ quod existens in uno littore potest uidere existẽtẽ in alio .Et sũt ibi tres insule q̃rũ unã uidẽt trãseũtes in hispaniam per terram occidentis .Et stat in ea ydolũ tenens in manu claues ad demonstrandũ ꝙ ultra locum illũ nõ sit habitatio .Et in qualibet duarum aliarum insularum stat ydolũ secundũ eũdẽ modũ .Et in parte orientali in fine linee ꝑdicte stant ydola eodem modo tenentia claues & demonstrantia quod nõ sit ultra illum locum habitatio uersus orientẽ.Dicit Haly ꝙ Hercules posuit ista ydola in signũ ꝙ ipse acquisiuerat totũ mundũ .Longitudo linee predicte sc̃d̃m ꝙ dicit Haly est.clxxx . graduũ.His uisis ſm sentẽtiã Ptolomei imaginet̃ ista linea diuidi p medium ita quod remaneant.lxxxx.gradus uersus orientẽ:& alii.lxxxx. uersus occidentẽ .Et imaginet̃ transire una linea per polos mundi per mediũ diuisionis linee supradicte ita uidelicet ꝙ transeat per mediũ terre habitabilis sc̃d̃m latitudinem Prima autẽ linea dicebatur transire p mediũ terre habitabilis ſm longitudinẽ.Patet itaq; ꝙ due linee supradicte quæ diuidũt totã terrã habitabilem in quattuor partes cõiunguntur in loco intersectionis linearum qui est punctus in medio terre habitabilis.Hac diuisione intellecta facile est uidere sñiam.Ptolomei in ꝑtitione signoꝝ & terrarũ.Dicit itaq;.Ptolome⁹ ꝙ hæc tria signa aries leo & sagittarius quæ faciũt primã triplicitatẽ pertinẽt ad quartã partem terre habitabilis q̃ est inter septentrionẽ & occidens .& illã quartã gubernat Iupiter eo ꝙ est septentrionalis & mars habet perticipationem cũ eo:quia pertinet ad ꝑtem occidentalẽ.Et tria signa triplicitatis secũde.s.taurus uirgo capricornus ꝑtinent ad ꝑtem quæ est inter meridiem & oriens & gubernat ipsam uenus:quia est meridionalis.& habet ꝑticipationẽ cũ ea saturnus qm̃ ad ꝑtem orientalẽ ꝑtinet .Et tria signa triplicitatis tertie .s.gemini libra & aquari⁹ pertinent ad partẽ quæ est inter oriens & septentrionẽ & gubernat ipsam saturnus eo ꝙ pertinet ad oriens & habet participationem cũ eo Iupiter eo ꝙ pertinet ad septentrionẽ Et tria signa triplicitatis quarte.s.cancer scorpio & piscis pertinent ad partem q̃ est inter meridiem & occidens .& gubernat ipsam mars:quia pertinet ad occidens.& habet participationẽ cũ eo uenus.Ex predictis poterit q̃libet coniecturare ad quod signũ pertineat q̃libet terra.Sciet enim per longitudinẽ & latitudinẽ regionis de qua q̃rta sit .Verbi gratia : oĩs terra cui⁹ latitudo est maior.xxx

vi.gradib⁹.& longitudo eius ab occidente minus.lxxxx gradibus fuerit est de q̄rta septentrionali occidentali & sic de aliis suo modo.Cognita igit᷑ quarta in qua est terra tua scis quod unũ signũ ex tribus signis triplicitatis illius quarte re/spicit illã terram & poteris scire quod ex illis tribus respiciat eam p mores & cõsuetudines hoĩum habitãtiũ in ea.Verbi gratia:scis ꝙ terra xp̃ianoꝝ est in parte septentrionali occidentali scio quod aries leo & sagittarius dominantur sup ipsã.Et si ueli scire supra q̃ꝫ partẽ ei⁹ dñant᷑ ꝙlibet istoꝝ signorũ respicio ad mores & cõditiões hominũ cũ q̄bus signis magis cõcordant.Constat autem ꝙ romani sunt famosiores & nobiliores istius quarte & ideo cõuenit ut attribuatur eis signũ nobilius inter hæc tria.& hoc est leo domus solis constat etiã ꝙ almani sunt homines iracũdi & furiosi de natura martis:ideo conuenit ut attribuat᷑ eis aries domus martis.Consistat etiã ꝙ hispani sunt boni milites exercitii magni in armis:ido cõuenit ut attribuat᷑ eis sagittarius quod est signũ militiarũ & bellorum.Et hanc partitionẽ ponit Ptolomeus in littera in secunda pte quadripartiti.Dicit enim sic & prouincie cũ ariete concordãtes sunt terra britãnie & terra de salacia.Credo ꝙ deberet dici de sclauia & germania.Et q̄ concordãt cũ leõe sũt Italia:gallia:apulia & cecilia.Et Haly dicit ibi ꝙ hi sunt termini rome.Et q̄ cõcordãt cũ sagittario sunt terre de turcia calciata & hispania De ptitõe alioꝝ signoꝝ cũ aliis terris paꝝ curo.Quia nec noĩa eaꝝ nec cõditiões hominũ sũt mihi nota nec faceret mihi aliquã utilitatẽ hoc scire.Si q̄s aũt cognoscat eas & uoluerit in eis morari applicet ẜm modũ dictũ in tribus signis predictis.Dicit abrahã auenezre ꝙ primũ clyma est capricorni & aquarii & gubernator eius est saturnus.Secũdũ clyma ẽ sagittarii & piscis & gubernator ei⁹ ẽ Iupiter.Tertiũ clyma est scorpii & arietis & gubernator eius ẽ mars.Quartũ ẽ leõis & gubernator eius ẽ sol.Quintũ clima ẽ tauri & libræ & eius gubernatorẽ uenus.Sextũ ẽ geminorũ & uirginis & eius gubernator mercurius.Septimũ ẽ cancri & gubernat illud luna.Abrahã auenezre ponit cõditiones nascentiũ sub quolibet signo & ẽ sententia sua ista.Qui natus fuerit sub prima facie arietis erit ruffus & sim⁹:uẽter eius erit pu⁹ & stric⁹ carne extenuat⁹:habebitq; supra pedẽ sinistrũ signũ & in cubito man⁹ sinistre:& amici ei⁹ erũt plures & ipse odiet malũ.q uero natus fuerit sub secũda facie inerit nigredo pulchritudini faciei cõiũcta corp⁹ eius tẽpatũ p̄ceps in irã aĩo occultãs uolũtatẽ malã:estq; alti cordis:inimici eius plures erũt.Qui natus fuerit sub tertia facie eius erit ruffus color ei⁹ & croce⁹ ẽ erit solitari⁹:Qui nat⁹ fuerit sb̄ p̄ma facie tauri erit breuis staturc:sui oculi magni:labia spissa & habebit signũ i collo.& ẽ corde festinus:amici ei⁹ plures:& manerieb⁹ delitiaꝝ delectabit᷑ ip̄e.Nat⁹ aũt sb̄ facie ei⁹ scd̄a:habebit faciẽ rotũdã:uẽtrẽ latũ oculos pulchros & ei⁹ aĩa uolũtaria resq; cito ppẽdet:& circa spatulas pilosus existet.& habebit signũ i lũbis.Et q nat⁹ fuerit sb̄ t̄tia facie pulchri coloris existet pulchreq; faciei & habebit signũ i oculo

ſiniſtro:uirq; laborioſus erit nec in mulieribus fortunatꝰ exiſtet. Qui autem na
tus fuerit ſub fine huius ſigni erit carens teſticulis naturaliter & ſine uel hermo
froditus. Qui natus fuerit ſub prima facie geminorũ erit pulchri corporis & de
centis & oculorũ & pilorum habebit ſignũ in capite uel in oculis. Viſus eiꝰ acu
tus minime eſt iracundus eritq; laborator & cũ mulieribus minime fortunatus
exiſtet. Et qui natus fuerit ſub ſecunda facie erit breuis ſtature & niger & ſuper
eius cubitum ſignũ nigredinis: eiuſq; uerba pulchra & dulcia. Natꝰ ſub tertia fa
cie nimium habebit oculos paruos: eritq; uir ſuſpicator & leuis: & loquet̃ uer-
ba irrationabilia: erit mendax. Qui natus fuerit ſub prima facie cancri erit cor
pore & pilis decens: ſupercilia eius erunt ſtricta nareſq; longe & ſpatule late. &
habebit ſignũ in cubito dextro aut eius brachio: & anima eins bona amici eiꝰ
plures eritq; ſciens & ingenioſus. Qui natus fuerir ſub ſecũda facie: erit color eiꝰ
rubeus breuiſq; ſtature: carens barba & habebit ſignum in oculis. Qui ſub ter-
tia facie natus fuerit erit craſſus breuiſq; ſtature & habebit multitudinẽ pilorũ
in ſupciliis. Qui natus fuerit ſub prima facie leonis erit pulcher corpore: & facie
& color uultus eius erit rubeus albo commixtus: oculi eius cõmixti: pectus re-
ctum: & crura ſua patientur morbũ in parte ſuperiori: & erit cognitus inter gen
tes & ſimplex imixtuſq; cõſortio regũ. Qui natꝰ fuerit ſub ſecũda facie erit pul-
cher: pectus eius erit latum: teſticuli & crura gracilia eritq; honoratus inrer fami
liam eius ac alti cordis. Natus autem ſub tertia facie erit aliquantulũ breuis ſta
ture eritq; color eius albus roſeo permixtus eius uox uehemens amans mu-
lieres: & habebit plenitudinem amicorum & morbos plures ſuſtinebit. Qui
natus fuerit ſub prima facie uirginis erit decentis ſtature erit corpus eiꝰ erectum
& pulchrum & erit ſciens & acutus: eius capilli criſpi: & erit diligens iuſticiam
eius uox uehemens: ſterilis exiſtet: anima eius bona: facies pulchra: eritq; ſcriba
& bene doctus. Qui autem natus fuerit ſub ſecunda facie erit pulchre apparen
tie: oculi eius parui: naſus eius pulcher: eritq; diſciplinabilis & ſimplex preuo-
lũtariꝰ corde diliget laudari. Natꝰ ſub tertia facie erit pulcher aſpectu ꝑcep ibilis
diſcipline: ueriſ ſeſus ac ſimplex & ſapiẽs. Qui natꝰ fuerit ſb̃ ꝑma facie: libre erit
pulcher facie i eiꝰ capite uulnera inerũt: eritq; laborator & ſimplex ac diſciplina
bilis. Natꝰ ſub ſecunda facie erit pulchri uultus & inerit ei impedimentũ in ocu
lis eſtq; corde preuoluntariꝰ. Natꝰ ſub tertia facie erit pulcher & erit cognitus
& honoratus inter gentes ipſiꝰ. Et qui fu r t natus ſub fine ſigni huius erit nul-
lius ſexꝰ aut utriuſq;. Qui fuerit natꝰ ſub prima facie ſcorpionis parũ pulcher
exiſtet: & habebit ſignum in capite: & pectus eius erit latũ. Et habebit ſignum
in pede ſiniſtro uel in manu dextra eſtq; homo caſtigationis bonaq; diſcretiõe
p enus ac in loquela feſtinus. Natus ſub ſecunda facie caput eiꝰ erit magnum:
exiſtetq; modice pulcre figure. & habebit ſignum in genu & dorſo: & erit ho
m diſcipline uerba ſua multiplcans. Qui natꝰ fuerit ſub tertia facie erit breuis

stature oculi ei⁹ cōtorti appetēs comedere amās mulieres. Qui aūt natus fu/erit sub fine huius signi aut erit nulli⁹ aut utriusq̧ sexus. Qui natus fuerit sub p̄ma facie sagittarii erit pulchre speciei: decorus aspectu recte stature: diligēs bonum regib⁹ ac magnatibus se cōmiscēs. Nat⁹ sub secūda facie corpus habebit cōdecēs facies tamē ei⁹ crocea supcilia cōpressa & habebit signum in pectore. Natus sub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius ut murilegi: pect⁹ latū: & habebit signū in sinistro crure. Qui sub prima facie capricorni nat⁹ fuerit erit corpus suū condecēs: pectus latū: & habebit signū nigrū in cubito erit astutus disciplinabilis simplex & preuoluntarius Nat⁹ sub secūda erit pulcher habebit nares lōgas: oculi ei⁹ pulchri uoluntas eius mala & iracundus: ē hō scientie. Nat⁹ sub tertia facie erit pulcher corpore: eius tamen facies citrina et in eius brachio sinistro erit nota uel in ipsius genu: festinus in iram: despiciens malū uel pugnās pro malo: diligēs mulieres: homo discipline diligēsq̧ sodales Qui autem natus fuerit in fine huius signi erit fili⁹ adulterin⁹ & omnino huic inest signo minime in mulierum natiuitatibus ualere. Qui autem natus fuerit sub prima facie aquarii erit corpore & facie formosus: & habebit in pectore aut pede sinistro signū: eritq̧ homo disciplinabilis & sodales diligens. Natus sub secunda facie erit longus: facies eius erit rubea: & signū habebit in dorso & sub eius cubito eritq̧ omnibus diebus suis in dolore: Nat⁹ sub tertia facie corpore pulcher: statura breuis: facie roseus: & habebit signū sub cubitis: & erit mulieꝝ amator. Et qui sub fine huius signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atq̧ in omnibus suis operibus. Qui autem sub prima facie piscium originem traxerit: corpus eius erit album: & facies similiter: pectus ei⁹ latum: barba pulchra: frons preclara: oculi eius magis nigri q̄ albi. Et forte aliquod membrum sibi deficiet diliget dormire: eritq̧ gulosus & ebriosus: & habebit signū sub cubito uel in pede. Natus uero sub secunda facie erit breuis stature: decorus aspectu: barba nigra pilosus: & erit ambulans in duritia cum filiis hominū. Natus sub tertia facie piscium erit aspectu preclar⁹: oculi eius pulchri eritq̧ morbosus.

e T SI Q. VIDEM PLANETE. Prius auctor ostendit qualiter signa respiciunt membra humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planetæ respiciūt membra corporis humani in ipsis signis. Et potest h̄ pars diuidi in .xii. partes secūdum .xii. signa ubi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest in duas quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi: in ariete Dicit primo q̄ si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem siue debilitatem in corpore humano habebit ī quolibet signo membrum proprium in qno erit illa infirmitas. Et quia ita est conuenit tractare de doloribus planetarū in signis. Et incipit ab ariete p̄cedendo secundum successionem signorum & planetarum. Quod dicit au/

ctor planum est in littera. Ad euidentiam unius partis pono unum exemplū. Pono ꝙ in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debilitatem alicuius membri & sit saturnus in ariete. Dico ꝙ illa debilitas uel infirmitas erit in pectore. Et si saturnꝰ sit in tauro erit illa infirmitas in uentre & sic intelligas de ceteris signis. Pono etiam ꝙ mars in natiuitate intelligas de reuolutione annorum natiuitatis significauerit uulnerationem & sit mars in ariete erit uulnꝰ in capite. Si in tauro erit uulnꝰ in collo: & sic de ceteris signis & planetis intelligas Ptolomeus uult ꝙ membra in quibus cadunt morbi & cetera impedimenta accipiuntur a figura cœli in hora natiuitatis uel reuolutionis. Dicit enim in lxxiiii. propositione centiloquii cum fuerit mars in ascendente alicuius natiuitatis erit circatrix in facie uel capite nati. Dicit enim Haly ꝙ caput ē ascēdētis & ſm hoc collū ē secūde domꝰ. brachia tertie domꝰ & sic ſm ordinem domoꝝ secūdū ꝙ dictū fuit de signis. De hac materia diffusiꝰ loqꝛ domino cōcedēte in .c. sexte domus.

SVNTQVOQVE IN VNO QVOQVE SIGNO

In ista parte auctor determinat de quibusdam specialibꝰ proprietatibus planetarum quæ sunt in diuersis gradibus circuli signorum & sunt sex. sunt enim ibi quidam gradus masculini & quidam fœminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi & quidam tenebrosi. Etiam sūt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntꝛ azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur augmentantes fortunā. Et sunt ibi quidam gradꝰ qui dicuntur consortes. Et secundum hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in prima parte enumerat gradus masculinos & fœmininos. In secunda parte enumerat gradus lucidos & tenebrosos & fumosos. In tertia parte enumerat gradus qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemana. In quinta parte enumerat gradus qui dicūtur augmentantes fortunam & gradꝰ sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur consortes. Prima pars incipit in principio secunda incipit ibi & in unoquoqꝫ horum signorum tertia incipit ibi: & in signis sunt gradus quarta ibi: & sunt in signis quidam gradꝰ quinta ibi: & in circulo sexta ibi & omnes duo gradus. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte incipit enumerare gradus masculinos & fœmininos litteraliter in secunda parte ponit tabulam de eis. Quod dicit patet in littera. Postea dicit ꝙ sūt qdā gradꝰ q dicūtꝛ lucidi & qdā tenebrosi & qdā fumosi & qdā q uocātur uacui & incipit prio eos enūerare & deide pōit de eis tabulā & patet pᵒ ea dicit ꝙ sūt in circulo quidā gradus qui dicūtꝛ putei. & enūerat illos oēs in littera & quidam libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit ꝙ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit ꝙ azemena est quedam de

bilitatio corporalis ut est cecitas uel surditas uel aliquid talium uel amisso mē/ bri. Iuxta quod notandum ꝙ dicit Haly Abenragel in primo capitulo do/ mus sexte libri sui de natiuitatibꝰ. Quando pars azemena fuerit in partitione ascendentis & luna iuncta cum ea uel dominꝰ ascendentis significat ꝙ aze mena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illiꝰ signi. Notan/ dum est etiam ꝙ si sol in natiuitate aliciuꝰ fuerit in gradu azemena erit debili/ tatio in oculo dextro si luna erit in sinistro. Postea dicit ꝙ sunt quidam gradꝰ in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam & enumerat eos in littera. Iu xta quam partem notandum est quod Haly dicit in cōmento. 22ꝰ. propositio nis prime partis quadripartiti scire te conuenit ꝙ gradus augmentantes fortu/ nam sunt gradꝰ exaltationis solis & planetarum fortunarum. sicut. xviiii. arie tis. iii. tauri. xv. cancri. xxvii. piscium. Similiter sunt illi in quibꝰ adiunguntur ter mini fortunarum: sicut. xiii. sagittarii & . xiii . piscium. & sunt etiam gradꝰ ter minorum fortunarum. Et gradꝰ in quibꝰ sunt stelle fixe de natura fortunaꝝ Et econtrario in quibꝰ sunt stelle de natura infortunarum. Et postea dicit ꝙ omnes . xx. gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobi lium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes sicut. xx. gradus capri corni. & . x. gradus sagittarii. Isti. n. duo gradꝰ eq̄liter distāt a capite capricorni & . xx. libre. & . x. uirginis eq̄lit̄ distāt a capite libre. Et. xx. cācri & . x. gēinoꝝ eq̄ liter distant a principio cancri. & . xx. gradus arietis . & . x . piscium equaliter di stant a principio arietis Ptolomeus dicit. ccxxviiii. propositione prime partis Astrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus & diuiserunt eos in gradꝰ lucentes lubricos & fumosos. Et sunt ex eis azemana: & sunt ex eis putei. Et lo cuti fuerunt de aliis multis sicut inuenies per multos libros astronomie . Et si hoc inuenerunt experientia bonum est ꝙ operis per hoc. Et forsitan si eis acci dit ꝙ aliquis planeta uel stella fuit in gradu uel eiꝰ radiꝰ & fecerit fortunam crediderunt ꝙ gradꝰ hoc fecerit. Et si quidem ita est conuenit ut te mutes de uno gradu in alium. Et hic finem imponamꝰ nostre rationi. Videtur per istam litteram ꝙ Ptolomeꝰ non multum approbat gradꝰ augmentantes fortunā & cetera. Dicit enim si ita est conuenit ut te mutes de uno gradu in alium. gradꝰ enim dicuntur lucidi uel tenebrosi propter stellas fixas ibi existētes. Et uult Ha ly secundum ꝙ preallegatum fuit ꝙ gradꝰ dicuntur augmentantes fortunam in quibus sunt stelle de natura fortunarum. Constat autem ꝙ stelle fixe mu/ tant loca sua respectu zodiaci none spære. Ex illa littera Ptolomei po/ test trahi ꝙ iudicia debent fieri secundum nonam spæram & non secundum octauam. Ex quo enim uult ꝙ istos gradus oportet mutare: consequens est ꝙ gradus secūdū quos debēt fieri iudicia non mutantur. Albūazar i itroductorio suo pōit istos gradꝰ . s. masculios l' fœminios lucidos & tenebrosos & cetera. Et

dicit ibi si planeta in natiuitate uel interrogatione masculi fuerit in gradu masculino uel in natiuitate fœminine uel interrogatõe in gradu fœminino erit cuius significatio fortior. De gradibus lucidis tenebrosis & fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido erit eius significatio fortior in significatiõe honorum & significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem & tarditatem & horribilem rem & tenebrosam & malam. Et cum ceciderit in gradu fusco uel umbroso uel fumoso uel in gradu uacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo & aspectus & debilitatur in significatione sua. Fortune nanq; cum ceciderint in eos debilitatur in significatione earum. Mali uero cum ceciderit in eos debilitatur significatio eorum. Et fortassis significabit fortunam accidentalem propter debilitatem eorum super malum. De gradibus augmentantibus fortunam dicit antiqui putauerunt ꝙ in circulo erunt gradus augentes fortunam & dixerunt ꝙ planetæ cum non fuerint in locis significantib⁹ fortunam nati & fuerit luna uel pars fortune in his gradibus aut fuerint ipsi gradus ascendentes augẽt fortunam nati. Et si planetæ significauerint sibi casum. Isti gradus mouent eum in sublimationem per aliquam quantitatem quodã motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerunt ꝙ cum ascendens fuerit aliquis istorum graduum aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdam eorum & fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc significauerint planetæ radicis natiuitatis fortunam perducet natum ad sublimitatem & sedem nobilitatis & dominabitur terris & ciuitatibus & possidebit diuitias multas.

TQ. VIA AVXILIANTE DEO. Pri⁹ auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali. Hic daterminat de esse accidentali ipsi⁹. Et diuiditur in duas partes: quoniam primo continuat dicta dicendis. Secundo prosequitur ibi: nam circulus signorum. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de diuisione accidentali circuli signorum. Secundo determinat de proprietatib⁹ & significationibus consequentib⁹ ipsam diuisionem & incipit ibi: quarta autem pars quæ ẽ ab ascendente. Et illa diuiditur in duas partes quoniam primo ponit proprietates & significationes quartarum. Secundo ponit significationes singularũ domorum & illa incipit ibi: & una queq; domorum. Primo dicit postq̃ cõpleuit esse essentiale circuli signorum nunc uult tractare de esse accidentali ipsius. Postea dicit ꝙ circul⁹ figuratur qualibet hora tali figura quæ diuiditur ĩ quattuot partes quas diuidit circul⁹ horizontis & circulus meridian⁹. Et quælibet istarum quartarum diuiditur in tres partes equales secundum ascensionẽ signi ascendentis in circulo directo. Et hoc modo diuiditur tot⁹ circul⁹ in .xii partes quæ uocantur turres uel dom⁹: cuius expositio ẽ in canonib⁹ tabulaꝝ

Intelligendi sunt duo circuli magni transeuntes per polos mundi quorũ un⁹ est circul⁹ meridianus :& alter circulus transiens per punctum zodiaci qui est in contactu horizontis orientalis & per punctum oppositum scilicet qui ẽ in contactu horizontis occidentalis interiecans circulum meridianum sup polos mundi. Isti duo circuli diuidunt totum coelum in quattuor partes quæ quãdoq; inter se sunt equales quandoq; inequales: ut plurimum tamen sunt ineq̃les. Si enim principium arietis uel principium libre fuerit in ascendente. Iste quarte sunt equales in omnib⁹ autem aliis dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum & circulum transeuntem per initium ascendentis diuidi in tres partes eq̃les. Similiter alia portio circuli equinoctialis quæ ẽ ab ascendente usq; ad inferiorem partem circuli meridiani scilicet ad angulum terre intelligatur diuidi ĩ tres partes eq̃les. Deĩde imaginẽt᷑ circuli magni trãseũtes p̱ diuisiões p̄dictas et per polos mũdi. tũc portio zodiaci intercepta int̃ quoslibet duos circulos proximos est una dom⁹. Hæc ẽ positio Ptolomei & ista tenetur communiter. Est etiam alia imaginatio de domibus quam tenet abrahã auenezre. Et imaginat᷑ transire circulos per diuisiones equinoctialis et per interfectioné circuli meridiani & horizontis in parte septentrionis. Ista uia cõmuniter non tenetur ideo non curo eam multum explanare. Inuenire autem principia .xii. domorum p̱ astrolabium non est difficile: imo leue. cuius doctrinam hic interponere eẽt lõgum & superfluum cum in canonibus astrolabii fuerit posita sufficienter: Qui autem uoluerit domos equare per tabulas in canonib⁹ tabularum primi mobili & doctrinam completam inueniet. Deinde dicit auctor principiũ huius diuisionis est ascendens cuius initium est in puncto hemesperii ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus deinde tertia & sic usq; ad duodecimam

Q VARTA AVTEM PARS. Hic auctor ponit proprietates & significationes circuli signorum consequentes diuisionem eius accidentalem. Et dicit q̄ quarta pars circuli quæ est ab ascendente usq; ad medium coeli scilicet .xii. domus .xi. & .x. dicit quarta orientalis masculina adueniens. Et significat initiũ uite & uocatur puerilis sanguinea. Et alia quarta est a medio coeli usq; gradum occidentis scilicet .viiii. viii. & .vii. dom⁹ dicitur meridiana foeminina recedẽs a nobis et significat mediũ etatem quæ uocatur perfectio iuuentutis. & uocat᷑ estiualis & colerica. Tertia quarta quæ ẽ a gradu occidentis usq; ad angulum terre scilicet .vi. v. & .iiii. dom⁹ est occidẽtalis masculina accedẽs ad nos & significat finem uite & uocatur autumnalis melancolica & ẽ mediocris etatis quarta pars quæ est ab angulo terre usq; ad ascendens scilicet tertia secũda & p̃ria dom⁹ est septentrionalis foeminina recedens a nobis & significat quod accidit homini post mortem ei⁹ quantum ad memoriam hominum scilicet utrum

dicatur de ipso bonum uel malum. Et hæc pars uocatur senilis flegmatica de‐fectiua & hyemalis. Et est recte comparatio quá auctor ponit hic sicut illa quá posuit in diuisione essentiali circuli. excepto quod addit hic ꝙ significant ini‐tium & medium & finem uite & quid accidat homini post mortem ei⁹. Po‐stea dicit ꝙ tota illa medietas quæ est a medio cœli eundo per ascendens usqꝫ ad quartam domum uocatur medietas ascendens. Et alia medietas quæ est a quarta domo eundo per gradum occidentis usqꝫ ad medium cœli uocat̃ ascẽ‐dens. Et tota medietas quæ est super terram uocatur dextra. & illa quæ est sub terra uocatur sinistra. Deinde dicit ꝙ prima dom⁹ & .iiii. & .vii. & .xi. uocant̃ anguli. Et .ii. v. viii. & .xi. uocantur succedẽtes angulis. iii. autem. vi. viiii. & .xii. uocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile & dicit cum planeta fuerit in angulo uel in succedente dicitur proficere & si fuerit in cadẽ‐tibus dicitur deficere.

e T VNAQVEQVE ISTARVM DOMORVM. Hic auctor ponit significationes proprias cuiuslibet .xii. domorum. Et tota ista pars potest diuidi in quattuor: quoniá in prima parte po‐nit significationes .xii. domorum quantum ad esse hominum. In se‐cunda parte ponit significationes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas quæ possunt dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: si‐gnificant & .xii. dom⁹ colores. Tertia ibi: & dicitur in significatione domoꝝ Quarta ibi: & cum uolueris scire planetam dominatorem rei. Prima pars po‐test diuidi in duodecim partes secundum ꝙ ponit significationes .xii. domoꝝ & ubi incipiunt patebit. Primo dicit ꝙ unaqueqꝫ dom⁹ significat aliquid de esse hominũ. Nam prima dom⁹ quæ incipit ab horizonte orientali quæ uoca‐tur ascendens significat corpora hominũ & uitá: initia omniũ opeꝝ in inter‐rogationib⁹ & locutionib⁹ & rũorib⁹ & ceteris talib⁹. Et significat cogitatio‐nem querentis scilicet quod querens habet in animo & significat principium uite. Et domin⁹ tripli itatis prime dom⁹ primus significat uitá & naturá nati seu interrogãtis & ei⁹ delectatões atqꝫ uolũtates quid diligat uel quid odio ha‐beat & qd boni uel mali accidat ei in initio uite. Et secundus dñs triplicitatis hui⁹ dom⁹ significat uitá & corp⁹ & uirtutẽ siue fortitudinẽ nati & mediũ uite Tertius dñs triplicitatis significat idẽ ꝙ socii & significat ꝑ se finẽ uite. Ex ista littera põt colligi ꝙ si prim⁹ dominus triplicitatis huius domus fuerit fortior aliis duobus erit pría ps uite melior: & sic de aliis duobus intelligas. Circa istá domũ q̃dá sũt notáda. Notádũ ẽ prío de intẽtõe q̃rẽtis qđ dicit Ptolome⁹ in lxxxiiii. ꝓpositõe cẽtiloqi. Locus fortioris significatoris i ascẽdẽte ẽ id qđ ẽ in aío interrogãtis. Ideoqꝫ cũ uolueris scire intẽtionẽ q̃rẽtis uide qs planetaꝝ

habeat plures fortitudines in ascendēte in illa hora quādo uenit ad te animo i terrogandi: & uide in qua domo ex.xii.domibus sit ille planeta & dicas secū/ dū significatōes illius domus in qua fuerit. Verbi gratia. Pono ꝙ ascendēs sit leo & sol habeat plures fortitudines in gradu ascendente. & pono ꝙ sol sit in ii.domo dico ꝙ intētio sua ē petere de substātia sua uel de lucro uel de aliquo consimili. Et si sol fuisset in tertia domo dixissem ꝙ uellet petere aliquid de eē fratris uel fratrū & sic de aliis domibus suo modo & si ueniens ad te tenue/ rit aliquā rē in manu sua uel alio modo eam occultauerit. & si uolueris scire substantiam & naturā illius rei aspice planetā fortiorē in ascēdēte si aspexerit ascēdēs erit illa res de substātia signi ascēdētis. Si nō aspexerit ascēdēs erit de substantia signi in quo est planeta. Si fuerit signū terreū: erit de natura terre uel aliq̄ res quæ nascit̄ de terra. Si fuerit signū aquaticū: erit aliqua res de natura aq̄ uel q̄ nascit̄ aq̄. Si fuerit aereū: erit aliq̄ res de natura aeris. Si fuerit signū igneū erit aliq̄ res q̄ opat̄ p ignē. Et si uolueris scire colorē rei aspice dominū hore & ƀm colorē illi⁹ iudica. De coloribus planetarū dicet̄ postea ubi loquet̄ de na turis planetarum domino concedente. Et si uolueris scire utrū res sit noua uel antiqua aspice lunā: si fuerit super terrā erit noua. si fuerit sub terra erit antiq̄ Et si uolueris scire utrū sit longa uel breuis: aspice dominū termini gradus an guli terre q si fuerit in auge sui circuli erit res longa. Si fuerit in opposito au- gis erit breuis. Si in longitudinib⁹ mediis mediocris inter longū & breue. Hæc ē sētētia Ptolomei in.lxxxx.propositione centiloquii. Cū aspexerit significa- tor ascendens & cetera. Dicit Haly Abēragel si aliqs q̄sierit a te de uita sua utrū sit longa uel breuis: aspice dn̄m ascēdētis & lunā. Si fuerint salui ab infortu/ nis significant longā uitā. Et si fuerint cōbusti uel infortunati significāt puā ui tā. Notādū ē circa nutritionē. s. utrū puer sit uital' uel nō. Dicit Haly Abenra gel qn̄ domini triplicitatis luminaris tēporis uult dicere domini triplicitatis si gni in quo ē sol si fuerit natiuitas diurna uel signi lune in natiuitate nocturna fuerint in ascendente uel in.x. domo uel.xi.uel. v.est significatio bone ac le/ uis nutritionis. Et si fuerint in septima significāt malā nutritionē & anxiā atq; laboriosā. Quando grad⁹ ascēdēs & luminare tpis dānati fuerint: significat ꝙ non nutrietur nisi domini triplicitatis fuerint salui & firmi in āgulis. Quā/ do luna fuerit infortunata in ascēdēte: nutritionē nō significat. Quādo luna fuerit in.iiii.domo iūcta corporaliter cū infortuna aut de quarta uel opposi/ tiōe aspicit infortunam significat ꝙ nō nutrietur & mater ei⁹ ē in piculo aut forsitan morietur. Dicit abraham auenezre. Si dominus ascēdētis fuerit com bustus natus non uiuet spacium.viii.dierum. Portata fuit mihi natiuitas uni us pueri cuius ascendens erat uirgo & mercurius fuit in piscibus detrimento suo retrogradus & combustus & ego credidi huic dicto & dixi ꝙ puer non

uiueret per octo dies & mortu⁹ fuit in sexta die. Dicit Haly Aberagel coniun/ctio planetarum humanitatem nō significat: Vult dicere coniunctio plurium planetarum in ascendente nō significat nutritionem. Et ponit ibi unum exemplum notabile. Dicit uocauit me rex nostre ciuitatis & una ex mulieribus peperat filium & fuit ascendens libra. viii. grad⁹ termin⁹ mercurii. & fuerunt in eo Iupiter uenus mars & mercuri⁹ & conuenit ibi una societas astrologorum & quilibet eorum suam opinionem dixit: et ego tacui. Rex dixit mihi quid habes ꝙ nō loqueris: Cui respondi: date mihi terminum trium dierum: quia si fili⁹ uester transierit tertium diem erit de ipso miraculum magnū. Et quando nat⁹ cōpletas habuit. xxiiii. horas posuit se ad loquendū & locut⁹ fuit & fecit signum cū manu & rex multū expauescebat inde. Et dixit possibile esse ꝙ diceret aliquā prophetiam uel aliquod miraculum. Et res iuit ad natū & nos cū eo ad audiendum quid diceret. Et infans dixit: ego sū nat⁹ infortunat⁹ & nat⁹ sū ad iudicandum amissionē regni & destructionem gentis almanam. Hinc statim cecidit nat⁹ & mortu⁹ est. De his qui moriuntur anteq̄ recipiunt cibum dicit Ptolome⁹ in quadripartito generaliter dico ꝙ q̄n aliqd luminare fuerit in aliquo angulorum & fuerit similiter aliqua infortuna participationem habēs cum eo in longitudine quæ sit cum eo gradu per gradum uel ipsum aspiciēs in figura duorum laterum equalium. Nec habuerit cum eo fortuna participationem de figura. Et dispositor luminarium loci inuent⁹ fuerit in locis planetarum infortunarum nat⁹ ille non recipiet cibum & morietur hora qua nascet̄. Dicit abrahā cū fuerit cauda draconis in ascendente natiuitatis nat⁹ ille erit cecus & secundum distātiā ei⁹ a gradu ascendentis erūt āni. Verbi gratia: si fuerit in. x. gradu ab ascendēte cecabitur in. x. āno. Electiones hui⁹ dom⁹ sūt inceptōnes reg̃ sicut incipere edificare uel aliquid consimile. Dicit hyspalensis in electionib⁹ prime dom⁹. Si sciueris natiuitatem alicui⁹ caueas in electione sua ne ponas signum in ascendente in quo fuit infortuna in sua natiuitate. Si autem ignoraueris natiuitatem elige secundū naturam rei pro q̄ fit electio uerbi gratia si fit electio pro incipiendo scribere aliquē librum fortificet̄ mercuri⁹. Si ꝓ eundo ad bellū fortificet̄ mars. Si pro edificando ponatur signum fixū in ascēdente. Dicit idē hyspalēsis uolēs horam sanguinis minuendi eligere fac ut sit luna in trino uel sextili aspectu martis. & caue ne sit coniuncta cum eo corporaliter uel in quarto uel in opposito eius. Et fac ut sit luna in signo humoris minuēdi.

SECVNDA DOMVS. Hic auctor ponit significatiōes secunde dom⁹. Et dicit ꝙ secūda domus significat substātiā & uictū & auxiliatores & ministros & significat finē iuuētutis & Anduzgā dixit uide qs ex trib⁹ dn̄is triplicitatis dom⁹ ıbe sit fortior i se, i. i loco in

quo ē in figura & hñt facies significatorē substātie. Qui si fuerit in decia domo habebit substantiā a rege. Et si fuerit in domo fiducie idest in undecima erit melius. Alia littera habet si fuerit in domo fidei erit magis. Credo quod prima littera sit uera. Domus enim fiducie est domus substantie regis. Et primus dominus triplicitatis dat substantiā in principio uite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues in principio uite secundus dat substantiam in medio uite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues in medio uite tertius dat substantiam in fine uite qui si fuerit fortunatus natus erit diues in fine uite. Et similiter intellige de infortuniis eorum idest si aliquis eorum fuerit infortunatus amittet natus substantiam in illa parte uite quæ ei attribuit. Dicit hyspalensis in canonibus huius domus considera utrum dominus secunde domus sit in ascendēte uel dat uim suā domino ascendentis & non sit in domo lapsa si sic habebit lucrum sine labore Et si econtra fuerit fit econuerso. Et si Iupiter fuerit in natali angularis uel sit in suo honore uel habeat uim in ascēdēte ul' consideret partē fortune: uel sit dominus domus solis in natali diei: uel dominus domus lune in natali noctis: uel sit dominus hore non deerit nato census in uita sua: quia hic idest Iupiter est dominus substantie. Si uero dominus ascendentis aspiciat dominum substantie uel suam domum uel partem fortune aspectu inimicitie destruet substantiam manu sua propria. Si dominus ascendentis fuerit in secunda domo in fortunatus dabit proprio uelle substantiam suam. Si uero sit ibi planeta infortunatus qui non sit dominus ascendentis capietur ab ipso ui siue furto. Si capricornus sit ascendens nat⁹ erit cupidus & auarus: quia dominus ascendentis & dominus secunde sunt idem scilicet saturn⁹. Dicit Ptolomeus in canonib⁹ hui⁹ dom⁹ res pertinentes ad lucra substantiæ quomodo erit conuenit nobis perquirere a parte fortune solummodo quam scimus semper per id quod est inter solem & lunā & proiicitur ab ascendente in nascentibus de die & in nascentibus de nocte Iuxta quod notandum est qđ pars fortune secundum Ptolomeum proiicitur hoc modo subtrahatur uerus locus solis a uero loco lune & quod remanserit cōputatur a gradu ascendentis & ubi numerus finitur ibi est pars fortune hoc modo iubet Ptolome⁹ semper facere siue fuerit in die siue in nocte. De hoc prolixi⁹ dicetur deo concedente in expositione quinte differentie ibi enim habet locum Postea dicit Ptolomeus iudicium hui⁹ est isti⁹ maneriei. Volo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly quod regula per quam scimus nati diuitias est accipere planetas gubernantes locum partis fortune & prepones illū qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolome⁹ & quando gubernatores partis fortune fortes & potentes fuerint erit nat⁹ magnarum diuitiarum maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio concordato id est aspectu trino uel sextili Ptolome⁹ scias quod saturnus significat quod diuitie nati

erunt ex parte mulierum aut pro labore terre aut per maria. Et Iupiter signifi-
cat quod diuitie erunt pro senescalia uel pro donis bonorum & religiosorum
Et mars significat quod diuitie erunt producendo milites aut gubernando ho
mines armorum. Et uenus significat quod diuitie erunt pro donis amicorũ &
mulierum. Et mercurius significat quod diuitie erunt pro scientiis & mercimo
niis. Dicit Haly abenragel debemus in hoc primit⁹ inspicere ad stellas fixas quæ
sunt prime in secũde magnitudinis. Et si aliquam earum inuenerimus in gradu
ascendentis uel in gradu decime domus aut in gradu septime aut in gradu quar
te aut in gradu solis si natiuitas fuerit diurna uel in gradu lune si natiuitas fue-
rit nocturna. Et melior horꝫ locoꝝ oĩm ẽ gra. ascẽdẽs deinde gra. x. dom⁹ de
inde grad⁹ septime: deinde q̃rte. Et si de p̄dictis stellis fuerint in duob⁹ locis uel
in tribus aut pluribus si natus fuerit cum hoc de progenie regis erit rex altus. Et
si de progenie regali non fuerit habebit potentiam & mandatum simile poten-
tie & mandato regis & perueniet ad magnam nobilitatem & altum dominium
& precipiet ciuitatibus uillis & genti. Et scias quod stelle fixe scilicet primi ho-
noris eleuant hoĩem ad altũ gradum & magnum dignitatẽ & permutant de in-
fimo ad supremum hoc idem dicit Ptolomeus in. xxviiii. propositione centi-
loquii stelle fixe dant dona modum excedentia sed multotiens finiunt in malũ
Dicit Haly in cõmento eiusdem propositiõis cũ he stelle sole prefuerint idest si-
ne testimonio fortunaꝝ planetarũ erit mors illorum mors pessima. Dicit Ha
ly abenragel quando pars fortune fuerit cadens & in malo loco uel fuerit sub
radiis solis aut in radiis infortune & dominus eius in loco peregrino idest in
loco in quo nullam habet dignitatem & dominus secunde domus non aspe-
xerit ascendens: natus erit laboriosus & pauper & angusta & misera uita uiuet
Nõ ẽ bon⁹ sol neq; mars neq; saturn⁹ in secũda domo in aliqua natiuitate: nec
inde nat⁹ bonũ hẽbit: qm̃ sol destruet planetas & aufert eis lumen: & mars est si
gnificator impedimentorum laborum & defectus substantie. Saturnus signifi
cat paupertatem & indigentiam & peius hoc toto est si dominus domus sub-
stãtie fuerit cobust⁹ dãnatiõe ptis fortũe. Dicit abrahã auenezre si uolueris scire
quis nascentium fuerit pauper uel diues aspice dominum secunde domus qui si
fuerit fortunatus erit diues: si cõbustus uel retrogradus uel in casu suo erit pau-
per sicut dictum est in natiuitatibus ita intellige de questionibus de electionibus
quæ fiunt in hac domo dicit hyspalẽsis si uolueris emere aliquam rem causa lu-
crandi aspice ut sit luna in aspectu trino uel sextili soli & caueas ne sit sub luce so
lis: & melius est ut dominus ascendẽtis det uim planetæ existenti in decima uel
undecima domo ita quod recipiens non sit retrogradus. Si Iupiter sit in ascen-
dẽte q̃rta decima uel undecima uel secunda domo bonum est. Aspice etiam ut

sit ps fortune in bono loco & melius est ut dominus partis eam aspiciat uel luna uel sol.

t ERTIA DOMVS. Hic ponit significationes tertie domus & dicit quod tertia dom⁹ significat fratres & sorores propinquos & cognatos & dilectos: & significat fidem ac religionem mandata & legationes mutationes & itinera breuia. Et significat esse uite ante mortem. Et dicit Anduzgaz dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secundus medioeres. Tertius minores: & eorum status & dignitas iudicatur secundum status istorum dominorum. Dicit Haly abenragel quando sol fuerit dominus tertie domus ab ascendente & combusserit dominum secunde domus aut partem substantiæ significat quod natus perdet substantiam occasione fratrum & soluet pro ei⁹ impositiones amissiones & damna multa. Quando dominus tertie domus & pars fratrum uel Iupiter fuerint insignis communibus uel signis multorum filiorum & fortune aspexerint eos aspectu amicitie & cum receptione: significat quod natus ille primogenitus est a fratribus suis: & quod habebit fratres potentes & bonos. Si dominus domus fratrum fuerit combustus aut pars fratrum fuerit combusta uel si sol fuerit in domo fratrum aut in opposito Iouis: he sunt significationes paucorum fratrum & quod destruentur & expergentur. Quando dominus domus fratrum infortunatus fuerit super terram: significat quod damnum & occasio perueniet in fratribus qui fuerunt ante eum. Et si habuerit istud infortunium eo existente sub terra malum: & damnum istud perueniet ad fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bono & fortuna quando fortunatus fuerit in locis bonis & fortibus. Si dominus domus fratrum fuerit in ascendente: significat natum esse primogenitum: uel erit solus sine hoc quod unquã fratres habebit uł sorores. uel quando inter ascẽdens & medium cœli non fuerit aliquis planeta significat similiter quod natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum perdentur: Et si forte aliquis ex eis remanserit: semper tamen erit maior & melior. Quando in aliqua reuolutione annorum nati fuerit dominus tertie domus in decima ab ascẽdente natiuitatis aliquis fratrum eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutionis: hoc est ideo quia decima domus ab ascendente est octaua a domo tertia. Si aliquis quesiuerit a te de statu fratris sui aspice signum tertium ab ascendente quæ est domus fratrum & dominum sue triplicitatis & dominam illius domus & quæ ex fortunis uel infortunis aspicit ipsum & in quo loco est: quia si inueneris dñm tertie dom⁹ in sexta domo uel applicantẽ dño sexte dom⁹: aut

dominum sexte in tertia dicas quod frater eius est infirmus. Et si ipsum inuene/ris in quinta uel .xi. dicas quod frater ei⁹ non est in loco suo: quia iuit extra lo/cum suum. Et si inueneris dominum tertie domus infortunatū aut in .xii. dicas qđ frater ei⁹ ē in anxietate aut in infirmitate. Et si inueneris dominum tertie cū marte ambos coniunctos & combustionem intrātes sub radiis solis dicas quod non euadet ab infirmitate. Et si ambo combusti fuerint iudica modis omnib⁹ mortem. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in reb⁹ pertinentibus ad alias domus ut de patre uel filio uel uxore & cetera. Dicit hyspalensis uolens inci/pere proximum iter fac ut planeta fortuna aspiciat domū tertiam uel eius do/minum ita quod non sit ibi mal⁹ uel ei⁹ quart⁹ aspectus uel opposit⁹. Si est luna in tertia domo bonum est. Cancer leo & capricornus mali sunt pro breui itine re. Luna in ascendente uel in quarta domo in omni electione malum. Cauen/dum est ne luna sit in uia cōbusta quæ ē a .xviiii. gradu libræ usq; ad tertiū scor pionis. Cauendum est etiam ne sit luna prope caput uel caudam draconis infra duodecim gradus.

q VARTA DOMVS. Hic ponit significationes quarte domus. Et dicit ꝙ quarta domus significat patres & hereditates & fines rerum & significat thesauros & omnes res occultas & absconditas & si/gnificat finē uite. Et dicit anduzgaz domin⁹ triplicitatis quarte do mus primus significat patres secundus significat ciuitates & terras terti⁹ signifi cat finem rerum & carceres. Dicit Haly abenragel. Aspice statum patris a do/minis triplicitatis quarte domus. Si dominus triplicitatis quarte dom⁹ primus fuerit in domo uel in exaltatione sua aut in suo haiz receptus a sole uel Ioue & fuerit in alto loco medii cœli uel in quinta domo significat bonum statum pa/tris nobilitatem altitudinem & diuitias posse & longam uitam & bonam for tunam & hæc si signum in quo fuit hic planeta fuerit masculinū: tamen si signū ipsum fuerit fœmininum significat matri ea quæ diximus & maxime si plane/ta fuerit fœmininus. Quid sit haiz exponet̃ postea deo cōcedente. Et si secūdus dn̄s triplicitatis q̄rte dōus fuerit fortunatus p̃r hēbit tres & populabit eas & la borabit in eis & hēbit ex hac pte bonā utilitatē aut lucrū. Et si fuerit hi planetæ in rē diuerso seu contrario contrarium iudica. Et si dn̄s triplicitatis q̄rte dn̄s ter tius fuerit fortis & fortunatus ut prediximus: pater erit homo qui extrahet the sauros & uineas incidet & aptabit lapides preciosos. Et si fuerit in diuerso sta/tu ab eo quod dixim⁹ erit incisor lapidum uel laborabit in materiis malis & fe tētib⁹. Si sol in natiuitatib⁹ diurnis ul' saturn⁹ in nocturnis. Et ps patris filii aspe xerint ascēdēs uel ei⁹ dn̄m de q̄to uel oppositiōe significat ꝙ pater nati filium abhorrebit & odiet eū & ꝑcurabit ut interficiat̃. Et si luna & ps matris aspexe rint ascēdēs uel ei⁹ dominum abhorribilitas illa & maliuolentia in filium erit a

matre. Dixit hermes quarta domus est fouea planetarum quoniam est in fun/do circuli cœli & infirmitate: & est in trino aspectu .xii. domus quæ est domus tenebrarũ laborum anxietatum & carcerũ & est gaudiũ infortune maioris & est in sextili aspectu sexte domus quæ est domus tenebrosa infirmitatis & damni & gaudiũ infortune minoris. quoniam aliquis planeta fuerit in quarta domo & in suo casu est sicut homo in solitudine suffocatus donec exeat inde. Dicit Haly abenragel quando pars fortune fuerit infortunata in signo masculino iudica quod pater prius morietur quam mater. Si in signo fœminino mater prius morietur quam pater. Pars patris accipitur de die a sole in saturnũ & de nocte econtra & proiicitur ab ascendente. Pars matris accipitur in die a uenere in lunam & de nocte econtrario proiicitur ab ascendente. Si domin⁹ partis patris fuerit super terram & dominus partis matris sub terra iudica ꝙ mater prius morietur q̃ pater. Et si cõtrarium fuerit contrarium iudica. Dicit Haly abenragel dixit alhezen filius alhezib. Quadam die cum esset cum abolabem & fuit cum eo meraeso uenit ad me quidam senex & dedit mihi chartam unam in qua scripta erat unius natiuitatis figura & dixit mihi quod aspicerem in eadem figura & ego quesiui ob eo cuius erat illa figura seu natiuitas. qui respondit quod erat cuiusdam filii sui & dum inspicerem & cogitarẽ in ea abolabem accepit eam de manu mea & aliquãtulũ aspexit in ea & dixit. Primum ꝙ in hac natiuitate uidemus est ꝙ natus iste ortus est de adulterio quia nõ est fili⁹ illius qui dicit ꝙ filius eius est. Ego dixi unde habes hoc & respondit. senex iste dicit quod hæc natiuitas est filii sui & pater nati cuius est hæc natiuitas iam sunt quattuor anni ꝙ decessit & obiit eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego quesiui unde habebat hoc & ipse dixit: ego aspexi ad gradũ patris & inueni eũ in opposito matris & nõ erat inter eos plus uno gradu. Et inueni partem patris in xi. domo ab ascendente quæ est octaua & quarta & erat inter partem & saturnũ unus gradus propter quod iudicaui ꝙ pater huius nati anno quo natus fuit ortus decessit & hic senex dicit quod est filius eius unde natus adulterius est. & tunc senex dixit: ego non sum pater huius nati sed est filius filii mei & filius meus. pater eius decessit eodem anno natiuitatis istius sicut hic homo bonus dixit.

q VINTA DOMVS. Hic ponit auctor significationes quinte domus. Dicit quod hæc domus significat filios tã masculos q̃ fœmininos. Et significat dilectiones & legatos siue nũcios & dona. Et ꝙ futurum sit post mortem ex laude uel uituperatiõe. Et dixit anduzgaz quod dominus triplicitatis domus filiorum primus significat filios & uitam eorum secundus designat dilectiones terti⁹ significat legatos siue nuncios. Dicit Ptolomeus in rationib⁹ huius domus conuenit ut inspiciamus ad planetas existentes in loco zenith capitum nostrorum & ad locum qui sequitur illum

Et est locus fortune & ad locum participem cum illis in figura. Dicit ibi Haly in cōmento locus qui est zenith capitum nostrorum est.x.domus.& locus q seqtur est.xi.domus q̄ ē domus fortūe & regula q̄ sciem⁹ eē filiorū ē accepta a planetis existētib⁹ in his locis aut existētib⁹ in locis pticipātib⁹ cū eisdē sic ē ascēdens & .vi.domus qa utraq₃ earū ꝑticipat cū.x.& .xi. Et si nō inuenerimus in his locis planetā inspiciemus si quos inuenerimus in .iiii.domo uel.v.& accipiemus inde significationē.Dicit Ptolomeus & luna uenerem & Iouē iudicabim⁹ in dando filios.Solē martē & saturnū in auferendo & dabimus mercuriū pticipatorē cū quocūq₃ eorū qui secū participet in figura. Dicit Haly in cōmento Si fuerit in locis predictis aliqs ex planetis fortunis significat q̄ habebit filios. Si aliquis ex infortunis nullū habebit filium & si habuerit erunt debiles & pauci.Et si mercurius participatiōem habuerit cum fortunis erit fortuna: si cum infortunis erit infortuna.Dicit Ptolomeus & est propositio.cxliiii.quarte partis res particulares filiorum poteris scire per considerationem qn̄ bene inspexeris in quodlibet eorū ad planetam dantē filios ita quod eū ponas loco ascendentis & scies cetera particularia filiorum generaliter sicut per natiuitatē.Dicit Haly in cōmento.Quod autem uult Ptolomeus in hoc loco narrare est id quod accidit in natiuitate mea.Inspexi & inueni Iouē in decia domo & i.xxviii.gradu capricorni aspicientē se cū luna & saturno & significabat hoc q̄ haberem filios & quod morerentur:quia saturnus erat cū Ioue in.x.domo & quia Iupiter erat in signo fœminino & luna silr significabat quod essent plures uno & q̄ essent plures fœmine.Et qa Iupit̄ erat oriētalis: significabat q̄ haberē masculū & sic habui tres filios unū masculū & duas fœminas & omnes obierūt:erat aūt grad⁹ ascēdēs natiuitatis masculi circa gradū saturni in mea natiuitate & ꝑpter hoc mortuus est cito.Et erat grad⁹ ascēdēs unius fœmine in piscibus in sextili Iouis in mea natiuitate & in trino lune mee natiuitatis:& erat sol ylech in signo capricorni.Et erat gradus ascendens alterius fœmine in capricorno & hoc est mirabile:ꝑpter quod sciri potest q̄ natiuitates semper inter se cōcordāt una cū alia.Dicit hyspalensis uolens horā generandi filium eligere masculū:sit Iupiter in quouis angulo uel sit soli orientalis sitq₃ dominus hore masculus & melius est ut signū ascendens sit masculinū & etiam eius dn̄s.& si luna sit fortunata a Ioue erit melius.Pro fœmina accipe signa fœminina & planetas fœmininos & sit Iupiter occidentalis.Dicit Haly abenragel qn̄ in quinta domo fuerit aliqua fortuna & dn̄s quinte domus liber ab infortuniis & aspexerit medium cœli natus multos habebit filios & uiuent ac ibunt ad bonū & si fuerit cōtrariū cōtrariū significat.Aspice in oībus natiuitatib⁹ si inueneris lūinaria ifortunata nō habentia ullū aspectū:fortūe natus habebit paucos filios.In sciendo tēpus in quo habent̄ filii aspice ad planetā q habuerit plures dignitates in domo filiorū si eū ïueneris i pte oriētali hēbit filios i iuuētute sua si eū ïueneris medio cœli

hēbit eos in medio etatis sue. Et si in septia hēbit eos i pncipio senectutis. Si i q̄rta hēbit eos circa finē uite sue. Silr̄ qñ ann⁹ puenerit ad signū i quo fuerit Iupiter uel uenus in radice natiuitatis habebit filiū in illo anno. Dicit Haly abenragel si interrogatus fuerit p muliere si est pregnans aut nō aspice si dñm ascendētis & lunā ambos inueneris in domo filiorum aut si inueneris dominū domus filiorum in ascendēte liberum ab infortunis: dicas quod mulier illa sit pregnās. & si dominus ascendentis aut dominus domus filiorum dederit uim suā planeta existenti in angulo. Et similiter si dominus ascendentis receptus fuerit & recipiens ipsum receptus dicas quod est pregnans. Et si dominus ascendenti dederit uim suam planetæ cadenti ab angulo: significat quod non est pregnans.

SEXTA DOMVS. Hic ponit significationes. vi. domus. Dicit sexta dom⁹ significat infirmitates & seruos & significat finē uite & qd futurū sit ante senectutē. Dixit anduzgaz q prim⁹ dñs triplicitatis hui⁹ dom⁹ significat infirmitates & cōualescentias siue deteriorationes infirmitatū. ii. significat uernaculos & seruos. Nota differētiā inter uernaculū & seruū uernaculus enim idē ē q famulus & uocat seru⁹ cōducticī⁹ seru⁹ ē q ē cōditiōis seruilis. Vnde dixit qdā uersificator. Est pb⁹ hic uerna cui nō est cara taberna. iii. dñs triplicitatis sexte domus significat qd boni uel mali eueniat sibi ex seruis & eorū utilitatē atq opa. Et cū hoc est significator bestiarū & pecorū & oīum quadrupediū quæ nō equitātur & significat multitudinē uel paucitatē & fortitudinē eorū & quātū manebūt in manu eius & qñ recedēt a suis manibus. significat etiam carceres & retentiones. Dicit Ptolomeus in. lx. propositiōe centiloquii. Albobaran sane & certe sunt hore in quibus declarātur mutatiōes morborū ad bonū uel a d malū uelocit̄ sm loca lune in angulis q̄drati cōclusi a. circulo directo. Alteratiōes uero q̄ precedūt has & idicāt sc̄ loca lune in āgulis hn̄tib⁹. xvi. latera. Et hoc postq̄ pcesserit eē egritudīs sm eq̄litatē & nō acciderit aliqd extrinsecus q cōturber infirmū. cū igit̄ inuenerimus hic fortunā tā de fixis q̄ de erraticis significabit alteratiōem psperam. Si uero in fortunā alterationē aduersam nisi fuerit egritudini ipsa infortūa cōtraria & in suo haiz. Luna uero i his angulis significat morbos acutos & sol plixos. Et silr̄ oīs planeta sm ppas cōsuetudines. Haly in cōmēto eiusdē dicit q Ptolomeus docuit nos cām dierū determinabiliū & qd sint & qñ determinētur de bono uel de malo & alterationes sm ordinē. Vtilitas uero in hoc maior est medicis q̄ astrologis. & hoc iō qa multi philosophi cōueniūt sup determinatiōes dicētis q sūt alteratiōes & p̄lia inter naturam egri & morbi acuti in q̄rta die & septima die &. xiiii. die & xii. & quæ augentur secūdum hoc accepta solo auditu & doctrina sine scientia & nō rationant̄ in hoc nisi p illud q preteriit de experimētis suis. Sed Ptolomeus dixit cām eius & patefecit unde fiat. & causa sm Ptolomeū est qa natura

deuicta est a morbo in initio eius & prohibet eam ne procedant ei⁹ opera secũ dum equalitatem nec repugnat illa morbo in hora qua uincitur: sed expectat ut sit luna in contrario loco illi in quo fuit in principio morbi: qa tũc enim incitatur ut repugnet illi sicut non agit prudens actor cum accusato insipiente cũ uoluerit illi repugnare nisi cũ ei⁹ uirtus debilitata fuerit & in illo loco in quo careat auxiliatoribus. Et excitat illam scilicet naturam in quarto signo a signo in quo incepit egritudo & luna existente in illo quia ab omni signo quartum contrarium est nature eius & similiter septimum: quia hæc loca. s. quartus aspectus & oppositus significant inimicitias & contrarietates. Et tempus quod est inter initium morbi & introitũ lune in gradu quadrati in quo fuit initio morbi p ascẽsiones signorum in circulo directo & proiectiones radiorum sunt septem dies & eodem modo quod est inter lunam in initio morbi & ipsam in oppositione sunt. xiiii. dies: & quod est inter initiũ morbi & quartum aspectum secundum qui est contrarius initio morbi sunt uiginti unus dies. & secundum hunc modum procedit modus aliorum dierum. Et erunt hæc pũcta anguli quadrati quẽ includit linea circuli directi: & illis punctis alia puncta sunt indicatiua: & est ut perueniat luna ad punctum qui abscindit unumquẽq; arcum cui subtenditur latus de lateribus quadrati per medium. Et in his arcubus sunt latera figure habentis octo angulos. Et omnia hæc puncta contraria sunt pũctis in quibus incepit morb⁹ per naturã. Igit̃. obseruet astrologus quid fuerit in his punctis tam de stellis fixis quã de erraticis siue fuerint fortune siue infortune. Et si fortune fuerint iudicet quod significãt uictoriam nature super colera. infortune uero significant quod colere superabunt naturam nisi fuerit infortuna contraria morbo & fortis in suo haiz. non enim fortunabit lunam cum fuerit in suo haiz. sed remouebit morbum per hoc quod est illi contraria & per hoc quod infortuna est cõtraria morbo ut si fuerit frigida & morbus calid⁹ & si fuerit calida & morb⁹ frigidus & cum his similib⁹ in specie diuersitatum. Et dicit qd̃ esse solis in morbis prolixis fit sicut esse lune in morbis acutis quorum mai⁹ tempus erit orbis lune & in prolixis orbis solis. Innuit etiam nobis Ptolomeus subtile quid cum diceret omnis stella secundum quod est illi de moribus. Docuit quippe nos quod quicquid immoderatum est in nobis & fuerit in moribus quos in cõsuetudine non habemus dicitur pro morbo. Et dixit iustum est hoc nisi accidat aliquid extrinsec⁹ quod disturbet ordinem determinationis. & locuti sunt de re q̃ destruit determinationem hi qui exposuerunt librum amphorismorum ypocratis: & ideo non necesse est nobis recitare in hoc libro. Tota intentio Ptolomei & Haly stat in hoc qd̃ causa quare. vii. dies. & . xiiii. & . ii. i. sunt dies cretici ẽ: qa luna in septima die ut frequẽter uenit ad quartũ aspectum loci in quo fuit in principio morbi & ut frequenter luna in. xiiii. die uenit ad locũ oppositum & in. xxi. die ut frequenter uenit ad secũdum quartum aspectum. Ideo dicit Ha

ly cum uoluerit astrologus iudicare de die cretica debet obseruare tempus quo luna ueniet ad quartum aspectum loci in quo fuit in principio morbi & si tūc coniungatur cū planetis beniuolis: uel aspiciat ipsos aspectu laudabili: uel si cō iungatur uel aspiciat stellas fixas quæ sunt de natura fortunarum significat ꝙ crisis erit ad bonum. Et si coniungatur uel aspiciat infortunas significat contrarium nisi infortune fuerint contrarie materie morbi & cum hoc fuerit infortuna in suo haim: quia tūc potest significare bonum sed hoc est per accidēs Verbi gratia: si egritudo sit flegmatica & luna aspiciat martem significat bonum. Et quando luna peruenerit ad bonū locum cui subtenditur latꝰ octogoni in equatore erit dies iudicatiua. Latꝰ octogani sunt. xxxxv. gradus & ē medietas aspectꝰ quarti. & licet non sit aspectus habet tamen maiorem conuenientiam cum aspectu ꝙ̄ alia loca & ideo quando luna in quarto aspectu debet coniungi fortunis cū in medietate illius loci peruenerit iam natura sentit iuuamentū & incipit insurgere contra materiam morbi digerēdo ipsā: & ideo tūc apparent signa digestionis in urina: & aliquando fit crisis in quarta die. s. quā do luna inuenit ibi planetā fortunā & tunc signa digestionis debent precedere in tempore quo luna peruenerit ad locum cui subtenditur latꝰ. xvi. angulorum & hæc est medietas octogani. Sufficiāt hæc de causis dierum creticorum. Dicit Ptolomeus in. vii. propositione centiloquii cum fuerit luna in oppositione solis mixta stellis nebulosis significat morbos inseperabiles in oculis. Et similiter si fuerit occidentalis luna & in angulo & fuerint utriq; mali occidentales ascendentes post lunam & sol in angulo & utriq; mali ascendentes ante solem & illi oppositi scilicet unus alteri perdet natus utrunq; oculum. Dicit Haly in commento eiusdem maius impedimentum in duobus luminaribus est cū fuerint duo mali idest saturnꝰ & mars ascendētes ante solē & post lunā & unꝰ eorum in oppositione alteriꝰ. & sol significat oculum dextrū. luna uero sinistrum. Et in euitabile est quin natꝰ amittet utrunq; oculum cum fuerit significator in eius natiuitate hoc modo. Stelle uero nebulose sunt hæ achoraye caput geminorum & locꝰ in quo cadit aqua quam fundit aquarius gutte leonis & alie quæ non lucent. Dicit Haly Abēragel in rationibus huiꝰ domꝰ primitus loqui uolumus in hoc capitulo in occasionibꝰ & accidentibꝰ quæ accidunt in spiritu & sunt infirmitates spiritꝰ. Postmodum loquemur in his quæ accidunt in corpore & sunt infirmitates corporis. Postea dicit dico ꝙ demoniaci sunt illi qui non habent in natiuitatibꝰ suis mercurium cum luna in aliquo aspectu nullo eorum aspiciente ascendens: & fortior in natiuitate sua si diurna fuerit ꝙ sit saturnꝰ & si nocturna mars: & quis eorum fuerit sit in angulis & hæc ē natiuitas demonum. Quando sol damnatꝰ fuerit ab infortunis uel a domino domꝰ infirmitatis & fuerit super terram in natiuitate diurna uel luna in tali damnatione sub terra in natiuitate nocturna accidet nato ce

catio in oculo dextro. Et si hoc infortunium solis fuerit sub terra in natiuita te nocturna uel super terram lune in natiuitate diurna illud damnum & ceca/ tio erit in oculo sinistro. Quando sol & luna fuerint ambo in sexta domo in/ fortunati nat⁹ sine aliqua dubitatione cecabitur. Quando mercuri⁹ fuerit iū ctus cum saturno uel in ei⁹ aspectu quarto uel opposito aut fuerit cadēs ab an gulo in loco uili & infortunato aut combustus fuerit uel retrogradus aut pere grin⁹ in signo muto nat⁹ ex quacunq; harum significationum erit lingua dā/ natus uel mut⁹. Quando mercurius fuerit domin⁹ sexte dom⁹ uel in oppositō ne saturni nat⁹ surdus erit. Maior & fortior significatio mutitatis est quando domin⁹ ascēdētis & domin⁹ exaltatōis sue & domin⁹ triplicitatis ei⁹ & mer curi⁹ & luna sint omnes in signis mutis. Quando sol fuerit infortunat⁹ uel dā nat⁹ sub terra significat damnationem stomachi. Et quando luna fuerit dam/ nata sub terra significat damnationem pulmonis. Et si mars fuerit hoc mo/ do significat damnationem epatis. Et si saturn⁹ hoc modo fuerit: significat dā nationem splenis. Et si mercuri⁹ hoc modo fuerit: fellis damnationem signifi/ cat. Dicit Ptolome⁹ in .lxxxviiii. propositione centiloquii detestabili⁹ in signi ficatione egrotantis est ut sit significator interrogationis ingrediens sub radiis uel sit pars fortune infortunata. Dicit Haly Aberagel in questionib⁹ hui⁹ do/ mus si queretur a te pro aliquo infirmo utrum sanabitur aut non: aspice lunā & solem & almutem ascendentis & si fuerint liberi ab infortunis & non ha/ buerint aspectum cum domino dom⁹ mortis. dic q̄ euadet ab illa infirmitate. Et si duo eorum fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna & almutem ascendentis & maxime si ipsa fuerit domina temporis idest si questio fuerit no cturna habebūt aspectū cum domino dom⁹ mortis nō poterit liberari a mor/ te. Et qualibet uice qua aliquis significatorum applicuerit infortune fortifica/ bitur infirmitas quousq; seperetur ab eo. Tempus mortis erit quando almu/ tem ascendentis aut luna se coniunxerint cum domino dom⁹ mortis aut cum infortuna quæ ipsam infortunauit aut q̄ applicet ad quartum uel oppositum aspectum eius.

SEPTIMA DOMVS. Hic ponit significationes septime dom⁹. Et dicit q̄ septima dom⁹ significat mulieres & nuptias & cōditio nes & oppositiōes. Anduzgā dixit q̄ prim⁹ domin⁹ triplicitatis se ptie dom⁹ significat mulieres secūd⁹ significat cōtētōes terti⁹ ptici/ patōes & cōmixtiōes. Dicit Ptolome⁹ i ratiōib⁹ hui⁹ domus cōuenit ut aspi/ ciamus i cōiugio uiro℞ statū lune hora natiuitatis uiri ita q̄ primo aspiciam⁹ ad lunā si fuerit in duabus quartis orientalibus erit cōiugiū uiri i sua pueritia aut copulabit' cū puella postq̄ dies intrauerit. Et si fuerit i duab⁹ q̄rtis occidē talibus cōiugiū erit tardū aut copulabit' cū uetula. Et si luna fuerit sub radiis & pticipata fuerit cū saturno nūq̄ copulabit'. Et si applicuerit saturno copulabit'

cū muliere luboriosa & praua. Et si applicuerit Ioui erit mulier abstinētie bone & boni ornamenti. Et applicuerit marti. erit audax & superba. Et si applicuerit ueneri erit pulchra leta & bone receptōis. Et si applicuerit mercurio: erit bona intelligēs & bonorum uerborum. Et cōuenit ut aspiciam⁹ coniugiū mulierum a statu solis hora sue natiuitatis ita'q si fuerit sol in duabus quartis orientalibus cōiugium mulieris habentis talem natiuitatem erit in sua pueritiā ul' copulabitur puero postq̄ in dies processerit. Et si fuerit in duabus quartis occidentalibus: copulabitur tarde aut uetulo postq̄ in dies processerit. Et si sol fuerit participatus cum saturno erit maritus bone legis amator laboris. Et si habuerit participationē cū Ioue erit abstinentie bone nobil' cordis. Si cum marte erit fortis cordis sine ullo amore. Si cum uenere erit limpidus. Si cum mercurio erit profectuosus in suis factis & factor multaꝝ reꝝ. Dicit Haly Abenragel in questionibus huius domus. Si quis a te quesierit pro coniugio si erit uel non aspice ascendens & ei⁹ dominum & lunam & planetam a quo separat᷑ & da hos pro significatoribus querentis septimam domum & eius dominum & planetam cui applicuerit luna pro significatoribus illius pro quo querit᷑ & si querens fuerit masculus coniunge solem cum significatorib⁹ suis & fac eum participem in significatione & si querēs fuerit mulier da sibi uenerē & fac eā ꝑticipem in significatione postmodum aspicias cuiusmodi applicationem habeat dominus ascendentis uel luna cum domino septime dom⁹ & cuiusmodi applicationem habeat planeta a quo seperatur luna cum planeta cui applicat uel uenus cum sole. Vnde si dominus ascendentis uel luna applicuerit domino septime dom⁹ uel planeta a quo separat᷑ luna planetæ cui applicat uel fuerit dominus ascēdētis uel luna in septīa domo significat ꝙ querēs habebit rē quesitā tn̄ cū petitiōibus & precib⁹ multis. Et si applicatio fuerit de q̄rto uel oppositione significat ꝙ res ista erit tn̄ cū tarditate & labore & pena. Sed si dominus septie domus applicuerit dn̄o ascēdētis ul' plāeta cui applicat lūa plāetæ a quo ipa sepat᷑ uel fuerit dominus septie ī ascēdēte res illa leuiter fiet & cū magna uolūtate mulieris & sue ꝑtis maxie si applicatio illa fuerit de tertio sextili. Et si n̄ inueneris aliquā applicationē inter significatores significat ꝙ res n̄ erit. Si aliqs querat a te si nocte illa cōplebit uolūtatē suā cū muliere uel nō aspice si inueneris in q̄stiōe uenerē aspiciētē ascēdēs. dic ꝙ q̄stio sua cōplebit᷑ illa nocte. Et si questio fuerit si habuerit rem cum muliere illa nocte preterita uel non iudica hoc eodē mō nec pl⁹ nec minus. Si q̄rat᷑ a te ꝑ aliq̄ muliere si ē uirgo ul' n̄ aspice ascēdēs & dn̄m ei⁹ & lunā & si eos inueneris ī signis fixis. dic ꝙ ē uirgo salua ab oī labe limpida. Et si fuerit ī signis cōmūib⁹ uel mobilib⁹. dic ꝙ ē mulier & habet uel habuit maritū. Et si q̄stio fuerit ꝑ puella q̄ dicit se uirginē dic ꝙ ē corrupta. & ꝙ habuit aliquis rem cum ea. Si queratur a te pro aliqua

muliere quot maritos habebit aspice a domino decime usq; ad gradum martis & quot planetas inueneris inter eos tot maritos habebit. Et si mars fuerit in septima domo aspicias a marte usq; ad Iouẽ hoc eodem modo & iudica secũdũ id & certificabis cũ deo.

O CTAVA DOMVS. Hic ponit significationes octaue dom⁹. Et dicit q̧ octaua dom⁹ est dom⁹ mortis & timoris & significat hereditates mortuorum quas heredes debent possidere post mortem & significat finem annorum uite post senectutem. Dicit Anduzgã prim⁹ domin⁹ triplicitatis hui⁹ domus significat timorem secũdus significat p̃cepta & res antiquas terti⁹ significat hereditates mortuorum. Dicit Ptolomeus conuenit ut inspicias ad statũ grad⁹ interficientis quis planetarum sit ibi uel aspiciat ipsum: & secundum naturam illi⁹ erit iudicium de morte: ita q̧ si saturnus fuerit dominus mortis accidet propter infirmitates longas: propter ptisim scilicet & reumata & propter defectum nature & cetera talia. Et si Iupiter fuerit domin⁹ mortis erit mors propter apostemata gule & pulmonis & cetera huiusmodi. Et si fuerit mars erit mors propter febres continuas & acutas. Et si fuerit uen⁹ accidet mors propter infirmitatem stomachi & epatis & cordis & per fluxum sanguinis & apostemata euntia per corp⁹ & fistulas. & si fuerit mercurius erit mors propter epilentiam & propter stultitiam & amissionem sensus. Haly dicit in cõmento .xviii. propositionis quarte partis Ptolome⁹ diuisit nobis mortem in duas maneries: una est proueniens ex infirmitatibus. Alia est proueniẽs a re in qua nõ habet phisic⁹ quid uidere sicut qui morit' gladio: lancea: casu igne & morsu bestie & fere uel aque submersiõe & aliis multis occasionib⁹. Et quando planetæ gubernatores salui fuerint ab infortunis et in suis met dignitatib⁹ & potentes & quando super eos null⁹ planeta contrarius eleuatur tunc accidet mors propter infirmitates. Alia autem mors accidit quando planetæ fuerint infortunati uel debiles uel in dignitatib⁹ alienis eis cõtrariis aut planetæ contrarii eleuati fuerint super eos. Narrare autem omnes maneries quib⁹ contingit mors esset hic nimis longum & qui uoluerit hoc inueniet in quarta parte quadripartiti Ptolomei. Dicit Ptolomeus in .lxxiiii. propositione centiloquii. Cum fuerit mars corporaliter iunct⁹ capiti algol & nõ aspexerit luna ascendentem nec fuerit fortuna in .viii. domo & domin⁹ anauba luminarium opposit⁹ fuerit marti uel in eius aspectu quarto nati caput trũcabitur. Quod si luminare fuerit in medio cœli suspendetur. Et si fuerint mali aspicientes a geminis & pisce abscindentur ei man⁹ & pedes. Dicit Haly in cõmento quando fortuna fuerit in domo octaua prohibet malam mortẽ audiui siquidem a quodam qui erat cum filio Haly ualde animoso in mari qui cũ uellet ingredi mare nimis tumultuosum uentis undas agitantib⁹ ipsum increpasset dixit non timeo mihi mortem in mari. Iupiter enĩ fuit in natiuitate mea

in domo mortis & oriẽtalis qui prohibet mihi malã mortẽ. & uidi inqt in le/ cto illũ mori. Accidit etiã mihi ut quidã seruiens ostenderet mihi natiuitatem filii domini sui & inueni solem in medio cœli: & ipse erat domin⁹ anauba & ylech & martẽ in quarto aspectu eius & saturnũ in angulo terre eius ascendẽs piscis. unde exterritus distuli dare iudiciũ dicens. oportet ut anteq̃ iudicem cõ pleantur dies nutritionis. Cum autem de puero ualde solicitarem circa inuesti gationem motuũ uel morũ suorum nihil intellexi unde sibi timerem truncatio nem manuũ & pedum & insurcationẽ cũ esset mansuetus & uerecũdus. cũq̃ peruenisset ad. xxx. annos ingressi sunt quidã domũ eius fugientes eo q̄ accu/ sati erant de dolo sup eum qui preerat urbi & deprehensi fuerant in domo il la & ipse cum eis amisit man⁹ & pedes & insurcat⁹ est. & ego uidi eũ absq̃ ma nib⁹ & pedibus insurcatum. Dicit ptolome⁹ in. lix. propositiõe centiloquii cũ interrogatus fueris de absente nõ iudices de eo mortẽ donec remoueas ebrie/ tatem ab eo. nec uulneratũ donec tollas sanguinis minutionẽ. nec substãtiam acquisitã donec pecuniã sibi cõmissam remoueas est enim in his oibus idẽ iu/ dicium. Dicit haly in cõmento ibidẽ. qui tractat de iudiciis iudicat p formas quæ sunt prope ueritatẽ. ideo nõ inuenitur in fortitudine iudicioꝝ ptitio in/ ter sopitũ & mortuũ: & inter uulneratũ & minutũ. nec inter illũ cui cõmissa ẽ pecunia: & illũ qui acquisiuit illã. Audiui siquidẽ a patre meo cui deus parcat q̄ cum ipse fuisset cũ his qui se abscõderunt a facie impatoris cũ abraham filio almothedi q̄ quotidie uisitabat eũ occulte alhasten filius abrahe astrologus: q precepit ut afferret conchã eneã magnã aqua plenã in qua ponẽs scabellũ con suluit ei ut desuper sederet in maiori parte diei. & hoc ideo precepit ut faceret errare astrologos imperatores in esse absconditoꝝ: & cũ imperator quereret ab astrologis suis ubi ille esset: dixerunt q̄ esset in medio maris. Dicit haly abẽ ragel quando mars fuerit in octaua domo damnificãs dominũ octaue dom⁹ mors nati erit ex ferro. Et si saturn⁹ fuerit in octaua domo dãnificãs dominũ octauæ domus mors nati erit propter carcerẽ & penas. Quãdo luna fuerit in octaua domo cũ cauda draconis significat q̄ mors nati est propter secessum uel medicinã laxatiuã. Quando mercurius fuerit in octaua domo cũ cauda si gnificat q̄ mors nati erit propter mala opera aut propter toxicũ aut facta ni/ gromãtie. Qñ grad⁹ occidẽtis & ei⁹ dñs ambo dãnati fuerint nato significãt malã mortẽ. Qñ sol fuerit dãnatus in natiuitate diurna uel luna in nocturna significãt illud idẽ. Quãdo significatores dãnati fuerint sup terrã manifestam mortẽ significãt & patentẽ. Et qñ dãnati fuerint sub terra mors erit abscõdita & occulta. Quãdo aliqua infortunaꝝ nõ fuerit in octaua domo uel iũcta do mino octaue domus significat fortem & malam mortẽ. Et si aliqua fortunaꝝ fuerit in octaua domo uel iuncta domino octaue dom⁹ significat bonã & pul chram mortẽ. Et si iupiter uel uenus fuerit in hac domo fortis & liber a radiis

infortunarum natus erit fortunatus & laudatus & uiuet annis .lxxiii. & forte plus.

n ONA DOMVS. Hic ponit significatiões none domus. Dicit ꝙ nona domus significat pegrinationes & lóga itinera & significat epl'as & legatos & rumores atq; somnia. Dixit Anduzgaz ꝙ primus domin⁹ triplicitatis huius dom⁹ significat peregrinationes & omne quod ei accidit in peregrinationib⁹. secund⁹ significat fidẽ ac religionẽ. terti⁹ significat sapientiã & somnia. Dicit haly abenragel in rationib⁹ hui⁹ domus aspice in itinerib⁹ nati primitus a dño triplicitatis domus itineris quoniã qñ dominus triplicitatis domus itineris primus fuerit in bono statu & fortis fortunatus & receptus significat ꝙ natus ibit per itinera & mouebit se de uno loco ad aliũ & erit fortunatus in itineribus suis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo quod diximus habebit impedimẽta & grauamina in itineribus & motib⁹ suis & erit uilipẽsus in eis & extrahetur & expellet᷑ de terra & loco suo nec in suis itinerib⁹ aliquã utilitatẽ uel lucrum habebit. Et si dominus triplicitatis domus itineris. secũdus fuerit in bono statu fortunatus & receptus natus erit bone legis religiosus & custos legis. Et si fuerit in diuerso statu erit male legis nominabit᷑ malus & de malis operibus & incredulus. Et si dominus triplicitatis tertius fuerit in bono statu natus erit ueridicorũ somnioꝝ & quicqd uidebit in somniis ueridicũ erit nec mẽtiet᷑. Dicit idẽ haly scias ꝙ mercuri⁹ habet posse ac significationẽ propriã in causa legis & legalitatis sepatim ab aliis planetis. Et scias ꝙ qñ fuerit in domo saturni uel in aspectu eius natus erit profundarũ cogitationũ firmus in credulitate: laudat res alterius mũdi magis q̃ istius & credit eas ac multũ cogitat in illis & amat eas. & tenet ꝙ res illi⁹ mũdi sint meliores q̃ isti⁹. abhorret ludos ioculationes & solatia: humilis & patiens laboris ac indigentie maxime si fortune cadẽtes fuerint nõ aspicientes ascendẽs. Et si mercuri⁹ fuerit in domo iouis uel in ei⁹ aspectu nat⁹ erit boni nois bone legis & legalitatis & legis in q̃ fuerit obseruator. Et si fuerit in domo martis uel in ei⁹ aspectu & fuerit idẽ aspect⁹ de quarto uel oppositiõe nat⁹ erit homicida irascibilis malefactor male legis & uilipendet legẽ suam.

d ECIMA DOMVS. Hic ponit significationes decime dom⁹. Dicit ꝙ decima domus est domus regni & sublimatiõis & exaltationis, memorie & uocis in imperando & magisteriorum atq; matrũ Et significat dimidium annorum uite. Dicit anduzgaz domin⁹ triplicitatis decimæ. Primus significat opus nati & exaltationem suam & sedis sublimationem. secund⁹ significat uocem imperii & audaciam in imparando. tertius significat stabilitatem atq; durabilitatẽ ei⁹ id est quãtum durabit in dominatione sua. Dicit ptolomeus in .xv. propositione centiloquii. Ascendentia

inimicorum regni ab eiusdem ascendente cadentia sunt & ascendentia dominantiū in illo angulo eius. Ascendentia uero ministrantiū succedentia angulis Ciuitatum autem ascendentia in earum edificationibus iudicant omnia quæ in eis occident. Quæ uero ascendentia sunt in regum ordinationibus quarundam ciuitatum pronunciant omnia quæ sub eorum regno fient. & ascendens apparitionis alicuius sectæ in illis scilicet ciuitatibus demonstrat quicquid sub illa secta futurum est in ipsis ciuitatibus. Dicit ibi haly in cōmento ꝙ signa cadentia sunt quorum nullus est angulus uel post angulum & sunt quattuor. scilicet duodecimū tertiū sextū & nonum ab ascendēte. Et dicit ꝙ notum est omni astrologo ꝙ cum fuerit ascendens natiuitatis aut aliquis angulus eius ascendens aut aliquis angulorum inceptionis regni fueritq; natiuitas alicuius cui regnum cōgruat perficietur ei regnum in illo regno: eritq; ei in illo honor & nō in alio. Quippe reges antiqui omnium nascentium in regnis suis natiuitates obseruabant: & cuiuscunq; ascendens deprehendebant domum inimicorum regni uel sextum uel tertium uel nonum interficiebant ipsum puerum quia regnum ipsius esset contra regnum eorum. Et paucis interpositis dicit ꝙ ascendens alicuius ciuitatis est signum cuius ascensione incipit quis collocare primū lapidem in illa. Ascendens sectæ est ascendens signum in tempore quo illa secta incipit preualere super aliam sectam & susceperunt eam immorantes: & illud significat quantum durabit & quicquid accidet in illa ꝗ̄diu durauerit. Dicit haly abenragel quādo signum medii cœli fuerit ex signis igneis maxime si fuerit leo uel aries & sol in eo. & pars regis fuerit ibi in aspectu fortunarū natus sine ulla dubitatione rex erit.

11 VNDECIMA DOMVS. Hic ponit significatiōes undecime domus. Dicit ꝙ undecima dom⁹ est domus fortunæ & fiduciæ atq; laudis & amicorum & ministrorum & auxiliatorum: & significat postremam medietatem mediæ uitæ. Dixit Anduʒgaʒ ꝙ dominus triplicitatis domus fiduciæ primus significat fiduciam. Secundus significat amicos. Tertius significat utilitates seu profectus eorum. Dicit Ptolomeus in .xxxviii. propositiōe centiloquii: esse malum undecime domus & eius domini in intronisatione regum significat quid accidet in consiliatoribus suis & eius substantia de malo: & eodem modo erit malum esse secunde significans: ꝙ modicum adipiscetur populus cum illo rege. Dicit haly in cōmento. Astrologi conuenerūt sup hoc ꝙ dom⁹ decima in omni ordinatiōe regū est loc⁹ eius & undecima auxiliatoꝝ eius & ei⁹ substātie & ascendēs est populi: & secūda substātie populi: & ideo impedit undecima cōsiliatores & secūda substātiā ppl̄i Dicit haly abenragel in rōnibus hu⁹ domus. Aspice ad dn̄m triplicitatis hui⁹ dom⁹ primū. si inueneris eū receptū fortunatū & fortē iudica ꝙ nat⁹ habebit amicos multos lucra utilitatē & bonū ꝑ eis. Et si fuerit infortunat⁹ & dānat⁹

natus erit solitarius ab hominibus nõ habens amicitiã cum aliquo & retrahet & elongabit se ab illis qui procurant amorem & societatem ipsius. Et si domi nus triplicitatis ipsi⁹ domus, secũdus fuerit fortis fortunat⁹ & receptus erit for tunatus honoratus & diues abundans in bono statu & bone uite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboriosus & indigens ac paupertatis & miserie ma nifeste. Et si dominus triplicitatis ipsius dom⁹ tertius fuerit fortunat⁹ fortis ac in bono statu natus habebit filios remansuros post eum in bono statu & diui tiis & fortuna sua. Et si fuerit infortunatus debilis & cadens ac in malo statu natus non habebit filiũ qui post eum remaneat nec heredem suæ generationis. Et scias q̇ melior status q̃ esse possit in amicorũ causa est ut dominus ascẽden tis sit receptus a domino undecime domus eodem domino undecime domus existente fortuna & in bono statu, quoniã quando sic fuerit habebit amorem & conuenientiã cum sociis & amicis.

VODECIMA DOMVS. Hic ponit significatiões .xii. domus. d Et dicit q̇ .xii. domus significat inimicos & labores tristiciã atq; inuidias & susurrationes & ingenia atq; bestias quæ equitantur & significat finem uitæ & quid continget mulieribus in impregnatio ne. Dicit Anduzgaz q̇ primus dominus triplicitatis huius dom⁹ significat ini micos. secũd⁹ significat labores. terti⁹ bestias magnas: & imponit finem dictis dicens hoc est q̇ significat .xii. domus. Dicit haly abenragel in iudiciis hui⁹ do mus. Aspice primitus ad dominũ triplicitatis huius domus primũ & si inuene ris eum fortunatum fortem & altum iudica q̇ inimici nati appodiabũt eo su per eum & de se facient quicquid uoluerint. Et si fuerit cadens damnat⁹ & cõ bustus & peregrinus natus appodiabit se super inimicos suos & ipsi impediẽ tur & accidit eis malũ quod credebant facere nato. Et si dominus triplicitatis secund⁹ huius domus fuerit fortunatus natus habebit modicas tristicias & an xietates. Et si fuerit in diuerso statu erit multarũ impietatũ & tristiciarũ & ac cident ei labores & impedimẽta & damna magna in eo quod habet & in cor pore suo. Et si dominus triplicitatis huius domus terti⁹ fuerit fortunatus nat⁹ erit dyalecticus & eloquentie bone & felix in rationibus & causis suis & con tra quemlibet aduersantem sibi prosperabitur. Et si fuerit in diuerso statu erit debilis rationis ac loquele impedite, non habebit ius de aduersariis & suis ma lefactoribus.


IGNIFICANT ET DVODECIM DOMVS COLORES. s Hic ponit significationes .xii. domorũ quantũ ad colores. Et dicit q̇ prima dom⁹ & .vii. sunt albe secũa & .xii. uirides & .iii. & .xi. sunt cro cee. & .iiii. & .x. sunt rubee. v. & .ix. sunt habentes colorẽ mellis. vi. & . viii. sunt nigre. Postea dicit q̇ quilibet planetarum habet in aliqua istarum domorum quãdam potestatẽ accidentalẽ quæ uocatur gaudiũ. Mercuri⁹ enim gaudet in

ascendente luna gaudet in.iii domo uenus in.v.mars in.vi.sol.in. viiii. iupiter in.xi.saturnus in.xii.Deinde dicit quod anguli significant fortitudinem & perfectionem .Cadētes uero ab angulis significant debilitatem & detrimentum excepto q̄ .viiii.dom⁹ & .iii.significant rem apertam & detectam cū fama : & hoc ideo quia sūt gaudia luminarium sicut iam dicebatur quod sol gaudet in.viiii. & luna ī.iii.Et.xii.domus & .vi.significant occultationē & uilitatem rerum postea dicit quod anguli scilicet prima domus & .x.& .vii.& .iiii. & domini ipsorum angulorum significant magnitudinem honoris & fortune & elōgationē a casu infortunio.Et presentia dominorum angulorum in cadentibus ab angulis significat infortuniū & dedecus & casum.Et.xi.domus quæ succedit decime & eius dn̄s significat fortunā mediam idest significant fortunam sed nō tantam quātam .x.Et.v.domus quæ succedit quarte significat fortunam mediā per donationes & causas filiorum.Et secunda domus & eius dominus significant fornam mediam ex causa substantie ministrorū & auxiliatorum.Et.viii.domus & eius dominus significant fortunam mediam ex substantia quæ hereditat a mortuis & a rebus occultis .Postea ponit significationes dn̄orꝝ angulorum cū fuerint presentes in ipsis āgulis.Et dicit q̄ p̄ntia domini ascendentis in ascendente significat eius fortunā p̱ semetipsum & per propriā acquisitionem .Et si fuerit in.vii.significat acquisitionē per conuentiones & uxores.Et si fuerit in.x .significat aquisitiōem & per magisteria.Et si fuerit in quarta significat acquisitionē per hereditates & ex causa patrū & per productionem aquarū & populationē terrarū & ex rebus antiquis & radicalibus alia littera habet eradicalibus . Presentia uero dn̄i decime ī.x.domo significat fortunā per regē & regnum magnū & per magisteria alta & si fuerit in septima significat regnum per uictoriam cōtentiōem & per causas uxorum.Et si fuerit in quarta significat regnum per causas ministrorum regis & per cultus terrarum & per edificationes ciuitatum & diuisiones fluminum & per custodias ciuitatum & ex rebus antiquis .Et si fuerit in ascendente significat regnum per ingenia & propinquitatem regis ex reb⁹ uulgi.Presentia domini septime domus in septima domo significat fortunam per negociationes & per conuentiones & cōmendationes idest depositiōes & per mulieres & per satores .Et si fuerit in quarta significat fortunam per cōuentiones & negociationes & per causas patrū & hereditatū & cultus terre . Et si fuerit in ascendente significat fortunam per conuentiones & negotiaciones & p̱ causas medicinæ & astronomie & p̱ opa spiritualia atq̧ ingenia & cetasimilia Et si fuerit presens in decima significat fortunā p̱ cōuentiones & negotiaciōes & uxores & per causas regni .Presentia uero domini quarte domus in quarta domo significat fortunam ex fructu & per causas patrum atq̧ per res antiquas Et si fuerit presens in ascendente significat fortunam ex cultu terre & fructu per p̱fūditatē cōsilii & ingeniū & si fuerit p̄ns in decima domo significat p̱fectū ex

cultu t̃re & fructu p cãs regũ & magisteriorũ. Et si fuerit p̃ns in septia domo si gnificat fortunã ex cultu terre & fructu & ex pte mulierũ & p cãs uxorũ & fa torũ & p negociationes. Deinde dicit hæc q̃ dixim⁹ significãt domini angulo℞ qñ fuerint presentes in ipsis angulis. Et sicut dictũ est de angulis ita intelligas de aliis domib⁹ suo modo sc̃dm naturam scilicet cuiuslibet domus: & dicit quod ideo introduxit dominos angulorũ ut sint exemplar in aliis domibus.

e T CVM VOLVERIS SCIRE PLANETAM DOMINATOREM. Hic auctor docet eligere significatorẽ: & põt diuidi in duas ptes: qm̃ in prima parte facit ꝙ dictũ est. In secunda pte ponit exẽplũ ibi. Verbi gratia. Sentẽtia auctoris est ista ꝙ in cognoscẽdo significatorẽ rei debemus aspicere ad duo primo debemus aspicere ad domũ in qua est natura illius rei cuius querim⁹ significatorẽ. Secũdo debem⁹ aspicere ad planetã qui de sui natura significat illã rem. uerbi gratia: si questio fiat pro substantia debem⁹ aspicere ad secũdã domũ q̃ est dom⁹ substantie & cũ hoc debemus aspicere ad iouẽ q significat de propria natura substantiã. Et si questio fiat de muliere debemus aspicere ad septimã domũ quæ est domus mulierũ & cũ hoc debemus aspicere ad uenerẽ q̃ de ppria natura est significatrix mulierũ: & sic de aliis secũdũ proprias naturas domo℞ & planetarũ. Est tñ intelligẽdũ ꝙ planetã quẽ eligimus ex pte domus debemus tenere pro significatore principali. Et planetam qui significat naturam rei debem⁹ facere participem in significatione. Est ergo sententia littere: cũ uolueris scire planetã dominatorem siue significatorem rei aspice quis planetarum habeat plures fortitudines in domo rei quesite ex fortitudinibus dictis in. c. de fortitudinibus & dignitatib⁹ ipso℞. Et ille q habundat in numero fortitudinũ ille est dñator siue significator. Et ẽ intelligendũ ꝙ in interrogationib⁹ ascendens siue prima domus semp attribuitur querenti & planeta abundans in numero fortitudinum in domo illius rei de qua fit questio est significator rei quesite. Auctor ponit exemplum in littera Et dicit si interrogatus fueris de substãtia & uolueris scire quis planetarũ sit dominator siue significator eius & fuerit secunda domus quæ est domus substantiæ. v. gradus arietis: quia aries est domus martis habet ibi mars quinq; fortitudines. Et est exaltatio solis & ideo sol habet quattuor fortitudines ratione illi⁹ Et est etiam solis triplicitas & ratione illius habet ibi tres fortitudines: & est terminus iouis & ratione illius habet ibi duas fortitudines & facies martis & ratione illius habet ibi unam fortitudinem. Sol igit̃ habet ibi. vii. fortitudines & mars sex & Iupiter duas patet ergo ꝙ sol habet ibi plures fortitudines & talis planeta scilicet habens plures fortitudines uocatur almutam idest uincens ergo sol in tali figura esset significator substantie & eodem modo faciendum est de aliis.

EX POTESTATIBVS QVOQVE PLANETARVM ACCIDENTALIBVS. Ista ps cōtinuať sic. Pri⁹ auctor determiauit de dignitatib⁹ planetaꝝ essētialib⁹. Hic determiat de dignitatib⁹ ipsoꝝ accidētalib⁹: & expedit se breuissime dicés ꝙ é una dignitas accidētalis plāetaꝝ q̄ uocať haiz & ē hæc ut planeta diurn⁹ sit in die sup terrā & in nocte sub terra. Et planeta nocturn⁹ sit in nocte sup terrā & in die sub terra. Et ēt si sit planeta masculin⁹ ꝙ sit in signo masculino & fœminin⁹ in signo fœminino tunc diciť planeta esse in suo haym .i. in sua similitudine: & erit tūc fortitudo sua sicut fortitudo uiri in loco sui ꝓfectus & lucri atq; fortune. Et sic cōpleta est expositio p̄me differentie alchabicii introductorij ad magisteriū iudicioꝝ astroꝝ. Quidā hō interrogauit de quodā absente utrū esset mortu⁹ uel uiuus & fuit ascēdens q̄stionis .xx. gradus leonis & incidit talis figura



Aspexi in hac questione & dedi ascendens & eius dominum & lunam absen/ti pro quo facta fuit questio. aspexi & inueni dominum ascendentis in me/dio: cœli: propter quod uidebatur prima faciet q uiueret in psperitate: sed qa inueni saturnum in angulo orientis prope angulum infra duos gradus dubitaui de uita illius specialiter: quia ibidem infortunauit partem fortune deinde as/pexi ad domum mortis & inueni uenerem fortiorem ibidé idest in domo mortis plura habere testimonia quia exaltationem & triplicitatem aspexi ad locum eius in figura & qualiter se haberet ad ascendens & ad dominum ascendétis & ad lunam & inueni eam aspicientem ascendés aspectu quarto & saturnum ibidem existentem eodem aspectu propter quod magis dubitaui de uita. Deinde aspexi ad lunam & inueni eam oppressam sub radiis solis hoc fuit unum signũ mortis. Inueni etiam lunam seperatam a uenere euntem ad coniunctioné do/mini ascendentis & transtulit naturam domini domus mortis ad dominum ascendentis. Hoc fuit certius signum mortis. Ex his collegi quod homo ille pro quo facta fuit questio esset mortuus: inuentumq; est ita quia saturnus existens in ascendente fuit dominus septime domus significator uxoris illius pro quo fa/cta fuit questio & uenus significatrix mortis aspexit eum significabat hoc quod forte interfector commiserat fornicationem cum uxore illius pro quo questio facta fuit.

d

IFFERENTIA SECVNDA IN NATV/RIS SEPTEM PLANETARVM. Ista é. secunda dr̃a huius libri in qua auctor determinat de naturis septem planetaꝝ. Et potest diuidi in quat/tuor ptes quoniam primo determinat de naturis & proprietatibus septem planetarum secundo determinat de ordine seu principatu planetarum in cóceptionib⁹. tertio de natura capitis & caude draconis. quarto determinat de ordine planetarum in dn̄o dierũ & horarũ. ii. ps incipit ibi. de ordine uero planetarũ. Tertia ibi caput draconis. Quarta ibi: si aũt fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in septem partes: quoniá primo ponit naturam saturni Secundo iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto ueneris. Sexto mercu/rii. Septimo lune ubi partes incipiant patet in littera. Primo ponit naturá saturni & quid significat ex rebus & morib⁹ hominũ & ex sectis & cetera. quæ oĩa planc apparét in littera usq; ad illá pté de annis fridarie. Circa quam parté est in/telligendũ q qñ dicit anni fridarie saturni sunt. xi. intelligendum est ann⁹ gubernationis in uita nati. Ad cuius euidentiam est sciendum q in natiuitate diurno incipit fridaria a sole & gubernat ipsum. x. annis postea gubernat ipsum ue/nus sectm quátitaté annoꝝ suorum. Deinde mercurius & sic sm ordinem pla

netarum eundo usq ad finem uite. Si autem natiuitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna & gubernat ipsum sm quátitaté annorũ suorum. Post luná gubernat ipsum saturn⁹ sm quátitaté annorũ suorũ: & sic scd̄m ordiné planetarum. De hac materia est capitulum proprium in quarta differentia & ibi diffusi⁹ loquetur de hac domino concedente. Quando autem dicit in littera: maximi uero: intelligendũ est de annis quos dát planetæ in duratione rerum scilicet in sectis & in aliis magnis reb⁹. Quando autem dicit maiores & medii & minores intelligendum est de annis quos dant planetæ in natiuitatibus hominũ ad uiuendum & sicut dico de saturno ita de aliis planetis intelligas. Dicit Ptolomeus in .lxxxii. propositione prime partis maius ac forti⁹ opus sautrni est infrigidare & desiccare modicũ propter fortitudiné frigoris & uidet hoc esse pro eo quod est elongatus multũ a calore solis & humidis fumositatibus terre. Hic albumazar redarguit Ptolomeũ & ponam deo dante rationes suas in fine huius partis de naturis planetarum. Dicit haly in cõmento propositionis preallegate quod Ptolomeus uult dicére q saturnus facit hoc opus eo q opus suũ est multũ elongatũ ab opere solis quod est opus caloris: & a luna cuius opus é attrahere humores: quia quando inspexit comparationem saturni cum sole & luna inueniet quod ambobus erat contrarius: & propter hoc dixit quod conuenit ut frigidus sit & siccus. Et Ptolomeus met glosauit hanc comparationem in eo quod sequitur. Dicit Ptolomeus scire quidem uirtutem huius planetæ & aliorum erit propter rectificatiõem figurarum in respectu solis & lune quoniá earum aliqs uidemus mutantes aeré una manerie mutatiõis & earum aliqs alia manerie in diuersis ordinatiõib⁹ mutationis augendi & minuendi. Dicit Haly in cõmto. Si memoriá habes de eo q tibi dixim⁹ quomodo probare possũ: stellarum uirtutes: glosa non indiges in hoc. Et si huius oblitus es ausculta. dico tibi quod sol & luna eo quod eorũ opera magis apparent quam opera aliarum stellarum & sunt nobis magis manifesta & opera reliquarum stellarum abscondita uidentur: conuenit ut inspicias ad stellas habentes communitaté cũ duobus luminaribus per figuras idest p aspect⁹ si augét in suis operibus uel ab eis minuunt & sic ibis inspiciendo ad omnes donec certitudinem scias omniũ nõ semel sed pluries. Et si inueneris quod semper sequátur unam manerié operandi scies pro certo huiuscemodi uirtuté habent. Dicit Haly abéragel de natura saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus uilipensus anxietatũ tristiciarum longarũ infirmitatũ natura eius est frigida & sicca & assimilat melancolie quæ gubernat de omnibus humoribus & nullus de ea quado fuerit almutem alicuius natiuitatis & ipse in cancro natus erit turpissimi uultus & mirabilis creatura in forma & uisione sua ita quod expauescent & mirabuntur quotquot uidebũt eum & audient loqui de ipso. Dicit alfraganus quod corpus saturni est .lxxxxi. uicibus tantum quátum terra.

VPITER FORTVNA MASCVLVS. Hic ponit naturam
i Iouis & planũ est quod dicit in littera Iouis autem uirtutis opus ẽ
cõplexionis temperate & loc⁹ sui motus est medianus inter frigidi-
tatem saturni & calorem martis & propter hoc conuenit ut calefa-
ciat & humectat. Dicit Haly in comento multi crediderunt cum audierũt hoc
uerbũ Ptolomei quod opera stellarũ secũdũ ei⁹ opinionẽ sequerẽtur loca sphæ-
rarũ scd̃m q̃ una existit supra aliã sicut credidit hiza auẽquiton & alkindus &
alii qui cum talibus rationibus nos impediuerũt. Ego uero dico q̃ si opera stel-
larũ sunt secũdũ naturã quomodo possunt sciri propositiões quadruuiales qm̃
radices harũ ambarũ scientiarũ diuerse sunt una. s. ab alia. Ampli⁹ si omnia cor-
pora celestia nõ sunt alicuius complexiõis calide humide frigide neq; sicce sicut
probauit Aristotiles quomodo potest Iouis complexio tẽperari eo quod sphæ-
ra sua existat inter illam martis & saturni. Nam si bene ad dictũ inspexeris Pto-
lomei inuenies non esse prout ipsi crediderunt. Et postq̃ docuit nos uiam qua
scirent᷑ uirtutes stellarũ ponit hoc uice alia in hoc loco dicens quod quando p̱-
bauerimus modũ operis quod operat᷑ in aere nos circundante inuenimus q̃ ẽ
medianus inter magnã frigiditatem quam facit saturnus & magnũ calorem quẽ
facit mars & hoc affirmat id quod dixit quod calefacit & humectat. Dicit Ha-
ly abenragel Iupiter est planeta equalitatis cõitatis bonitatis melioramenti in-
tellectus sensus & pietatis: quia temperatus est equalis & fortuna per aspectum
& corporalem coniunctionem significat bonitatem meliorationem legem sim-
plicitatem & castitatem dirigit & non dãnat: populat & nõ destruit: abhor-
ret saturnũ & eius naturas. Quando deus incepit creare mundũ erat in domo
ascendente lucet in ariete tauro & gemini: & minuitur lux sua in cancro leone
& uirgine obscurat᷑ in libra scorpiõe & sagittario & minuit᷑ eius obscuratio in
capricorno aq̃rio & piscib⁹. Dic̃ alfragan⁹ q̃ corp⁹ Iouis ẽ. lxxxxv. tm̃ q̃tũ t̃ra.
ARS MASCVLINVS. Hic ponit naturam martis & patet in
m littera. Dicit Ptolomeus mars p̱prie desiccat & per uim nature sue
comburit eo quod igneum habet colorem: & quia circa solem est &
qm̃ sphæra in qua sol cõsistit posita est sub eo. Dicit Haly in cõmen-
to Ptolomeus uult dicere q̃ opus uirtutis martis idest qui experimur inuenim⁹
siccitatis magne. Ad id quod dixit q̃ uirtus martis cõburit eo quod igneũ hẽt
colorem dico quod stelle sunt substantie simplicis & non composite ex naturis
diuersorum elementorũ: apparitio sui coloris est recta eo quod ibi nõ est aliq̃d
quod mutet colorem conuenientẽ eidẽ substãtie Ptolomeus aũt docet nos per
hoc dictũ: regulã q̃ scimus uirtutẽ stellarũ quã per nos intelligere nõ possumus
& possimus eã intelligere per colorem. In hoc enim dicto adest dubiũ qd᷑ nos
soluere oportet. Nam multi credũt q̃ color nõ ostendat uirtutẽ rei & hoc est ue-
ritas in terrenis propter comixtionem elementorum quæ in eis est tñ in celesti-

bus nõ est ita qa eorũ substantia nõ est ullo modo composita ex aliquo elemen to. Et pp hoc rediit Ptolomeus ad probandum hanc uirtutem alio modo di-cens: & quia existit circa solem & quia sphæra in qua est sol posita est sub eo uult dicere quod accidit ut sit ueritas res ista quia uirtus martis comburit eo q existit circa solem: & quia sol est sub eo & cõmiscet' uirt⁹ sua cũ illa solis fit cali dus multũ & siccus ita quod sine temperamento comburit. Dicit Haly aben-ragel mars est planeta calidus & siccus igneus: destructor: iratus: uictoriosus: diligens occidere & interfectiões rixas litigia: cito irascit' ira forti: totũ cor suũ exponit in rebus suis agendis: prelia facit & destruit populationes. Exaltatio sua est in domo saturni .s. in capricorno qui significat clamores impediméta & genté stultá & guerrationes. Cõuenit saturnus marti in infortunio & resistit ei in frigiditate & tenebrositate: & inclinat' soli amore sui & defendit' auxilio ei⁹ qm sol exaltat' in domo sua & gubernat eũ de calore & siccitate q̃3 recipit ab eo dem: ꝓprietas & natura sua cõuenit & appropinquat ꝓprietati & nature so-lis nescius est & obliuiosus modici intellectus & diminut⁹ sensu nec considerat rerũ fines: per eum & per ascensum & per descensum eius in circulo suo crescit & decrescit estatis calor & hyemis frigiditas omni anno dicit alfragan⁹ quod mars continet quantitatem terre semel & dimidium & octauá partem eius.

SOL PER ASPECTVM FORTVNA. Hic ponit naturam so-lis & littera glosa non indiget. Dicit Ptolomeus cognita res est q̃d opus substátie solis est calefacere & dare aliquátulũ siccitatis & hæc opera magis proprie sentiuntur & leuius scita sunt omnibus aliis ꝓ pter magnitudinem solis & propter manifestam nutationem quam per tempo ra anni facit & quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit. Di cit. Haly abenragel scito q sol est lumem & candela cœli gubernator mundi factor temporum: per eum fiunt planetæ orietales & occidentales: & per eum fiunt apparentes & occulti: & per eum mouetur omnis res se mouens: per eum nascitur omnis res nascens: crescit omne folium & maturatur omnis fructus. Ip se est spiritus cœli magnus cum eo uiuificantur signa: & quodlibet signum quá do est in eo habet maioritatem super alia signa. quoniam ipsum uiuificat & illu minat & dat ei fortitudinem & calorem & applicat calorem & fortitudinem & uirtutem illius signi terre: quia natura & facta sua apparét in oib⁹ reb⁹ & in cũc tis aíatis & in aíatis existétib⁹ i terra. Et qñ exit de signo in quo ẽ remanet illud signũ in similitudine corpis defuncti. Est planeta magni dñii potétie nobilita-tis altitudinis & magnitudinis. est fortuna per aspectum & infortuna per con iũctionem corporalem. Vides enim quádo aliquis planeta cõiungit' sibi: cõbu rit & uincit eũ & extinguit lumé & lucé suá. Locus suus in loco est quartus. s. medius. vii. planetarũ: sicut rex sapiés q per sensum manutenet regnũ suum & p considerationem ponit sedem suam in medio regni sui ut p oía latera attingat.

Dedit marti militiam suã & quod esset dux militie sue quia celum solis est sub
celo martis & conuenit natura & calor suus cum natura & calore illius dedit
Ioui sua iudicia propter temperiem honestatẽ saluationẽ & sue complexionis
salutẽ :& quia nõ est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnũ sa/
turno quia omnes planetæ sua lumina mittũt ad eũ & suas considerationes. De
dit ueneri collectionem reddituum & uendendi reditus & emendi :quia celum
eius applicat suo & sunt uicini. Dedit mercurio scribaniam quia status eius est
sicut status scriptoris regis qui uadit quando ille uadit & sedet quado ille sedet
Dedit lune algazilaticũ quia est similis algazilo regis qui facit sua mandata &
defert ea quocunq; precipit. Dicit alfragan⁹ auctoritate Ptolomei quod corp⁹
solis continet corpus terre centies sexagesies sexies & aliquantulum plus.

ENVS FORTVNA FEMINA NOCTVRNA. Hic ponit
u naturã ueneris & patet in littera quod dicit. Dicit Ptolomeus uen⁹
ipsamet opera Iouis facit propter temperamentum sue complexio
nis excepto quod est Ioui in re una contraria quia calefacit parũ eo
quod existit circa solem & humectat secundũ lunam propter magnam lucem q̃
habet hic planeta eo quod attrahit ad se fumositatem quæ eleuatur ab humori/
bus terre Dicit. Haly in commẽto uult dicere quod eius calor est multũ minor
illo Iouis & propter hũiditatẽ q̃ facit dicimus quod ẽ quodãmodo frigida &
plus humida. Quod aũt dicit eo q̃d existit circa solẽ dixit eo ꝙ uirt⁹ sua uoluit
cũ illa solis. Et id ꝙ dixit hũectat sicut lũa :uult dicere ꝙ uen⁹ facit hũiditatẽ cir
ca eã q̃ facit lũa. Et id q̃d dixit propter magnã lucẽ uult dicere ꝙ modicus ca/
lor facit humores currere. Dicit Haly abenragel uenus est fortuna frigida & hu
mida nocturna bylaris gaudiosa appentie bone limpida formosa :diligit iocu
lationes cantationes cõestiones potationes & uitia ẽ mãsueta & pauci motus
est mulierũ significatrix & iacendi cum eis amoris amicitie & societatis, recipit
martẽ per naturam fornicationis & limpidimenti abhorret ipsum propter con
trarietatem nature sue quæ est caliditas & siccitas. Separat se ab eo & malum &
infortunam suam repellit a se ipsa propter mansuetudinẽ bona uerba solatium
bonũ :& mansuetam loquelam. Concordat cum saturno in frigiditate & con/
uenientiam quam habet cum eo in libra quia est dom⁹ uni⁹ & exaltatio alterius
Et discordat cum eo in moribus tristiciis & dolorib⁹ suis & eo quod saturnus
est usus modicis cum mulieribus. Status ueneris cum statu solis est similis statui
mulieris uersus uirum. Dicit alfraganus ꝙ corpus ueneris est una pars de.xxxii.
partibus terre.

ERCVRIVS COMMIXTVS. Hic põit naturam mercurii &
m patet in littera. Dicit Ptolomeus :siccitas uero & humiditas mercu
rii est per unum equale :quoniam aliquando desiccat & effugat hu
mores eo ꝙ nunq̃ elongat multũ a calore solis etiam nullo tempo

re & aliquando humectat eo ꝙ positus est super spæram lune quæ est circa ter/
ram magis quam omnes aliæ spæræ & mutatur ad hos duos status & facit ué
tos propter serotinas mutationes eius circũquaqꝫ solem. Dicit Haly in com/
mento. Vult dicere ꝙ opus mercurii nõ est una res sola: quoniam aliquando
desiccat & aliquãdo humectat cũ autem desiccat est quando soli applicat & ẽ
tunc opus suum in calefaciendo & siccando circa istud solis. Humectare autẽ
suum est propter uim suam quæ cõmiscetur cum illa lune quæ posita ẽ sub eo
& ꝙ est opus suum sicut op⁹ lune. Et Ptolomeus quando comperationem fa
cit de opere mercurii cum illo solis inuenit ꝙ aliquando faciebat opus tale q̃
le sol. Et quando per comperationem facit cum opere lune: inuenit ꝙ aliquan
do faciebat opus tale quale luna. Et expertus fuit hoc multotiens & inuenit ꝙ
semper alteꝝ duoꝝ operum faciebat & sciuit pro certo ꝙ op⁹ suum ẽ secũdũ
opus aliarum stellarum cum quib⁹ inuoluit': & op⁹ proprium in se nõ habet
Dicit Haly Abéragel Mercuri⁹ est planeta maleficiorum uiolentiarum docu
mentorum scribanie computationum scientiarum: calid⁹ ẽ & siccus forme &
nature conuertibilis: masculus cum masculis: fœmine⁹ cum fœmininis: fortuna
cum infortunis: bene rationat⁹: bene loquẽs: ausus in loquẽdo: pulchre apparẽ
tie: composite persone: diligit libros & computationes. Placent ei magisteria
res bene facte rationes uerificari libri ac scientie: agilis est in motu & proprie/
tatis ardentis: alacer & mobilis in omnib⁹ reb⁹ suis: & est unus trium planeta/
rum significantium pluuias & per eum & per mutationem suã de signo in si/
gnum: & per eum eius statum ac retrogradationem & directionem ipsi⁹ & ꝑ
oppositiones & coniũctiones suas scientur mot⁹ uentorum & ei⁹ fortitudines
scilicet si erunt fortes uel debiles in omnibus partib⁹ illius anni: quoniã quan
do exit de uno signo & intrat aliud uel quando est stationarius aut retrogra/
dus significat uentos fortes humiditates & pluuiam & in aere accidentia de
nubibus turbationes & his similia. Similiter quando est in oppositiõe lune exi
stente luna in aliquo signorum aqueorum uel aereorum significat quod predi
xim⁹ in reuolutiõe ãnoꝝ mũdi habet magnã & ueridicã significationẽ sup te
nẽtes officia regũ. Alfraganus dicit ꝙ quãtitas corporis mercurii ẽ una ꝑs de.
xxxii. milibus ꝑtib⁹ corporis terre.

VNA FORTVNA FEMINA NOCTVRNA. Hic põit na
l turam lune sententia littere patet. Dicit Ptolomeus maior uirt⁹ lu
ne est humectare pro eo ꝙ est multum circa terram & propter fu/
mositatem frigidam quæ per eam eleuatur: & propter hoc ad sta/
tum talem mutantur corpora manifesta mutatione quia facit mutari & putre
scere corpora ut plurimum: & habet etiam cum sole participationem modicã
in calore pro eo ꝙ recipit lumen ab eo Albumazar redarguit Ptolomeum
in causa naturarum plauetarum & sunt uerba sua ista: quoniam plures reges

grecie fuerunt sapientes post Alexandrum filium philosophi uocabaturq; unusquisq; eorum Ptolomeus fueruntq; numero decem & una mulier erát q; regnantes in egypto : & fuerunt anni regni eorum . 275 . fuerunt uniuersi sapientes ex quib⁹ fuit Ptolome⁹ unus qui edidit librum almagesti sup causam motus circuli & quicquid in eo est ex planetis. Et quidam eorum edidit librū de iudiciis astrorum referentis eum ad Ptolomeum auctorem libri almagesti. Diciturq; q; ille qui edidit librum iudiciorum ipse edidit librum almagesti nesciturq; ueritas hui⁹ rei: sed ille qui ex eis edidit librum iudiciorum narrauit in libro suo naturas planetarum & eorum causas. Incepitq; dicere q; sol calefacit in suauitate ac mora & q; op⁹ eius sit in hoc euidenti⁹ & forti⁹ opere ceterorum planetarum propter magnitudinem ei⁹ & quanto magis eleuatur ad zenith capitum nostrorum augetur nobis calor. Et putauit q; natura lune sit humida propter proximitatem circuli ei⁹ a terra & propter receptionem uaporū. qa ad eē eleuāt' ex ea . Et putauit q; natura saturni sit frigida & sicca ppter longitudinem circuli ei⁹ a calore solis & longitudinem ei⁹ ab humiditate uaporum terre. Et putauit q; martis natura esset calida & sicca eo q; color ei⁹ similis est igni: & quia est prope solem & quia est sub eo erigiturq; calor ei⁹ ad eum & calefacit eum. Et putauit q; Iupiter sit equalis complexionis: eo q; sit eius circul⁹ inter circulos saturni & martis. Et propter hanc causam est natura eius calida humida equalis & temperata. Et putauit q; ueneris natura sit calida humida equalis calor autem ei⁹ ex propinquitate circuli ei⁹ a sole. Humiditas uero ex uapore humido qui contingit eam ex terra. Putauitq; q; natura mercurii sit in quibusdam horis sicca & in qnibusdam humida . Siccitas ei⁹ propter appropinquitatem ei⁹ a sole & q; non elongatur ab eo elongatione maxima. Humiditas uero eius propter proximitatem circuli ei⁹ circulo lune. Hoc ē q; putauit Ptolome⁹ in naturis planetarum: & hæc est ratio qua usus est sup hoc. Sed nos dicem⁹ nunc q; sit in ei⁹ dictis pungendus idest reprehensione dign⁹ nā q; putauit ex sole & calefactione rerum ab eo in suauitate & mora hoc inuenitur ex suo opere. quod autem dixit q; natura lune sit humida propter proximitatem circuli ei⁹ a terra & receptione uaporum qui eriguntur ex terra ad eam hoc repellitur a sapientibus eo q; spacium quod est inter faciem terre & propinquiorem locum in quo est luna sit. 128044. miliariorum fere ea mensura qua sit unum miliarium. 3000. cubitorum. Et hoc patet in libro in quo narrantur longitudines corporum superiorum ab inuicē. Et non pl⁹ eleuantur uapores a superficie terre secūdum q; narrauit Ptolome⁹ q̄z. xvi. stadia secūdum q; stadium quadringentorum cubitorum est: nam. xvi. stadia faciunt duo miliaria & decimā ac tredecimā uni⁹ miliarii fere lōgitudo uero lune qn̄ magis ppe ē sup̄ficiei terre ē ut dixim⁹. 128044. miliariorū fere nū ergo uel quō applicat uapor terre ad lunā quousq; corrūpat uel mutet naturā ei⁹. Per modū cōsimilē

reprobat ipsum in naturis aliorum planetarum: sed pertranseo cā breuitatis Haly in cōmēto ppositiōi preallegate de natura lune rñdet ad rationes Albumazaris. Dicit.n. Haly exponēs uerba Ptolomei primo Postq̄ docuit nos Ptolome⁹ q̄ uirtutes stellaꝝ corpoꝝ suoꝝ sequūtur magnitudinem & corp⁹ lune paruū est sicut in almagesti narrauit & ei⁹ opus sequit̄ opus solis pte una Dicit hic q̄ est hoc pro eo q̄ multū est prope terrā & peruenit ad nos eius uirtus anteq̄ mutetur & propter hoc apparet eius opus magis q̄ opus aliaꝝ stellaꝝ. Et uidemus uisibiliter q̄ attrahit humores terre & corporum eam sequētiū & pro eo q̄ habet lucē a sole operat̄ in terrenis calorē modicū accidentalē cū quo facit putrescere & mutari humores existētes in corporibus sicut ostēsum ē in phisica & in natura. Et manifestū est q̄ lux facit calorē. & potest hoc probari per specula quæ cōburūt & similia. & quia luna lucē habet a sole cōuenit ut habeat modicū calorē quē facit sicut per accidēs. Et hoc est id quod uult dicere Ptolomeus. Et quia hoc nō intellexit Albumazar credidit q̄ erraret in dicto suo dicēs quō pōt fumositas humida ad lunā ascendere cum fūositas ascendere nequeat ultra. xvi. stadia & luna satis longi⁹ est. Ego uero risi de dictis talibus qualia sūt hæc: & dixi qualiter nō intellexit hoc quia Ptolome⁹ uoluit dicere q̄ fumositas humida ascendat usq̄ ad lunā sed dixit q̄ ascensus fumositatis hūide qui ē uersus lunā docet nos q̄ attrahit humores terre et aliorum corporum eam sequentiū sicut adamas trahit ferrū. Alfraganus dicit auctoritate Ptolomei q̄ magnitudo corporis lunæ est una pars de. 39. partib⁹ terre & dicit q̄ maius corpus omniū corpoꝝ uniuersi ē sol & post solē. xv. maxīe sūt stelle: dicit enim q̄ unaqueq̄ eaꝝ tenet corpus terre centies septies tertius in magnitudine est Iupiter: & quartus saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secūdi ordinis quarū quelibet continet terrā nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertii ordinis quarū unaqueq̄ cōtinet terrā septuagesies & bis. Post ipsas sūt stelle quarti ordinis quarum quelibet continet terram. 54. Post ipsas sunt stelle quinti ordinis quarum quelibet continet terram. 37. Post ipsas sunt stelle sexti ordinis & minor illaꝝ imo minor omniū q̄ uidentur: quarum probatio ē possibilis continet terram. 18. Maius corpus post ipsas est mars. post martē terra: post terram uen⁹: post uenerem luna & ultimo mercurius. Patet igitur secundum alfraganum q̄ maius omnium corporum est sol & minus mercurius exceptis generabilibus & corruptibilibus. De longitudine istorum corporum a terra dicit alfraganus q̄ propior longitudo lune a terra est. 33. tantum quantum dimidium diametri terre & . 20. pars eius eritq̄ hoc. 107124. miliaria. Et ē lōgitudo longior lune quæ est propior longitudo mercurii sexagesies quater tantum quantum dimidium diametri terre & . vi. pars eius quod est. 208542. miliariorum. Et longitudo longior mercurii quæ est propior ueneris est centum sexagesies septies tantum quantum dimidium diametri terre quod est. 542750.

60

miliariorũ.Et lógitudo ueneris lógior q̃ ẽ ꝓpior lógitudo solis ẽ milesies & cẽties & uigesies tantum quantum dimidium diametri terre quod est.3640000. miliarium. Et longitudo solis longior quæ est propior longitudo martis est 1220.tantum quantum semidiameter terre quod est .3965000.miliariorum.Et longitudo martis longior q̃ est lógitudo Iouis propior est.8876.tãtũ quãtũ semediameter terre qđ ẽ.28847000.miliariorũ.Et lógitudo iouis lógior q̃ ẽ ꝓpior logitudo saturni ẽ.14405.Tãtũ q̃tũ semidiamet̃ t̃re ꝙ ẽ.46816250.Et lógitudo saturni longior q̃ ẽ equalis longitudini stellarum fixarum & est quantitas dimidii diametri circuli signorum est.20110.tantum quantum semidiameter terre quod est.6357500.miliariorum & cum duplicatum fuerit hoc proueniet quantitas toti⁹ diametri circuli signorũ .i. octaue spæræ quæ est.1307 5000 miliariorum & cum multiplicatum fuerit hoc per.iii.& septimam unius proueniet quãtitas circunferentie circuli signorum uel cuiusq; alterius circuli maioris descripti in octaua spæra quæ ẽ.410818570.miliariorũ eritq; mẽsura uniuscuiusq; gradus circuli maioris.114160.miliaria.

d EORDINE VERO PLANETARVM.Hic ponit ordinẽ planetarum in conceptionib⁹ puerorum scilicet ordinem in gubernando fetum q̃diu est in utero matris.Dicit ꝙ saturn⁹ gubernat ipsum ab hora conceptionis usq; ad finem unius mensis.In secundo mense gubernat ipsum Iupiter.In tertio mars.In quarto sol.In quinto uenus. In sexto mercuri⁹.In septimo luna:& propter hoc ut dicitur puer in septimo mense petit exitum: quia opera omnium planetarum sunt in eo complecta:& qui tunc nascuntur possunt uiuere propter eandem causam.Deinde reuertitur gubernatio ad saturnum & gubernat ipsum in octauo mense & tunc qui nascũtur nó uiuũt propter malitiá saturni.Deinde gubernat ipsum Iupiter in nono mense:& tunc communiter nascuntur & uiuunt propter bóitatem Iouis. Deinde ponit ordinem planetarum in regimine corporis post natiuitatem quantum ad processum in etatibus:& dicit ꝙ luna incipit natum regere ab ingressu ei⁹ in mundum & regit ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis Deinde mercuri⁹ regit ipsum decem annis.Deinde uenus octo.Deinde sol nouẽ.Deinde mars.xv.post hoc Iupiter.xii.Deinde saturn⁹ usq; ad finẽ uite.

CAPVT DRACONIS.Hic põit naturá capitis & caude dracõis & patet

f I AVTEM FVERIT ALIQVA DIES.Hic ponit ordinem planetarꝫ quãtũ ad dñm dierꝫ & horarꝫ.Dicit ꝙ aliq̃ dies sit alicuius planetæ pría hora illius diei ẜm ꝙ pría hora incipit ab ortu solis est illi⁹ met & .ii.hora ẽ planetæ q succedit in ordine celorꝫ descẽdẽdo & tertia tertii planetæ in ordine:& sic p ordinẽ usq; ad finẽ.xii.horarum diei artificialis.Et ille planeta cui⁹ ẽ.xiii.hora ille est domin⁹ illi⁹ noctis:& cuius ẽ.xxv.hora.s.prima hora diei sequẽtis illi⁹ est dies sequens.& auctor ponit

exēplū in littera ideo nō est necesse ut ponam.& sic completa ē expositio secū de differētie huius libri.

e

T QVIA ANNVENTE DEO.Ista ē tertia differētia huius libri in qua auctor determinat de eē planetarum in semetipsis & de esse eoꝝ adinui cem scilicet unius ad alterum.Et diuiditur in duas partes:quoniam in prima determinat de esse eoꝝ in semetipsis.In secūda parte de esse eorum adin/ uicē secunda est ibi.De esse autem ipsorum adinui cem.Et illa diuiditur in duas:quoniam primo de terminat de esse quinqꝫ planetarum respectu lumi narium.ii.de esse eorum inter se ii.ibi:esse autem

Primo determinat de esse eorum in seipsis.Et est sententia littere talis.Plane/ tæ aliquando dicuntur ascendentes & aliquando descendentes & aliquando dicuntur aucti lumine & magnitudine:& aliquando diminuti lumine & ma/ gnitudine.Et quandoqꝫ dicuntur aucti nūero & quandoqꝫ diminuti numero. Et quandoqꝫ dicuntur aucti motu & quandoqꝫ diminuti in motu.Et omnes planetæ preter solem dicuntur quandoqꝫ septentrionales & quandoqꝫ meridi onales.Et dicuntur ascendentes & descendentes in septētrione & meridie.Ista sunt quæ accidunt planetis in semetipsis.Et ista exponit auctor per ordinem in littera dicens ꝙ planeta quādoqꝫ ascendit in circulo suo eccentrico ita ꝙ sit in superiori parte eccentrici sui nō distans ab auge per.90.gradus ante uel retro & tunc lumen eius apparet minus & etiam apparet minor in quantitate & eius cursus est tunc tardus quātum ad motum centi epicycli & dicitur tūc for tior.Quando autem est in aliquā longitudinum mediarum eccentrici sui.s.di stans ab auge per. o.gradus precise tunc est equalis in lumine & magnitudi ne & cursu.i.non dicitur magnus neqꝫ paruus in lumine uel magnitudine & motꝰ centri epicycli ē equalis cum medio motu ipsius.Cum uero fuerit extra hæc loca scilicet distans ab auge plus.90.gradibus ante uel retro tunc descēdit & apparet maior lumine & magnitudine & mouetur centrum epicycli tunc uelociꝰ ꝙ̄ mediꝰ motꝰ ipsiꝰ.& cum fuerit argumentum planetæ equatum mi nus.180.gradibus scilicet quando additur equatio argumenti super mediū mo tū tūc dicitur auctꝰ numero:Et si argumētū equatū fuerit plus.180.gradibus.s. quādo equatio argumēti subtrahit̃ a medio motu tūc dicitur numero diminu tus.Sed in luna quādo addit̃ equatio dicitur aucta numero:quando subtrahi tur dicitur diminuta numero.Et quando aliquis triū planetarum altioꝝ mo/ uet̃ velociꝰ medio motu suo uocatur auctꝰ motu:& quādo uadit minꝰ medio motu suo uocat̃ motu diminutꝰ.Eodē mō intelligitur de sole & luna.Et quā do mouetur tātū quātū mediꝰ motꝰ suꝰ tūc dicit̃ motu equalis.Et qn̄ uenꝰ uel

mercuri⁹ mouet᷑ ueloci⁹ q̄ sol dicitur auctus motu: quādo tardi⁹ dicitur motu diminut⁹. Et quando aliquis planetarū .6. trāsiuerit nodū intersectiōis deferentis sui cū eclyptica q nodus uocatur genzahar est septentrionalis. Et ē septētrionalis ascendēs .i. augēs latitudinem quousq; elongat⁹ fuerit ab intersectione p. 90. grad⁹. Et cū elōgat⁹ fuerit pl⁹. 90 gradib⁹ ab intersectione ē septētrional' descendēs .i. minuēs latitudinē quousq; elōgat⁹ fuerit ab intersectione per .180. gradus & tūc ē in intersectione opposita prime & lunā hebet latitudinē .i. ē in eclyptica: & cū transiuerit illā fit ei⁹ latitudo meridiana & ē meridionalis descēdēs quousq; elōgat⁹ fuerit ab intersectione prima p. 270. grad⁹. Et cū transiuerit hunc numerum est meridionalis ascendens quousq; reuertitur ad intersectionē primam ubi latitudo ei⁹ erit nulla. Hæc ē sententia littere de esse planetarū in semetipsis

d E ESSE AVTEM IPSORVM AD INVICEM TRACTEMVS. Pri⁹ determinauit de esse planetarꝝ in seipsis. Hic determinat de esse eorꝝ adinuicē & primo de esse quinq; planetarꝝ respectu luminariū. Et diuiditur in quattuor ptes secūdū quattuor eē q̄ habēt planetæ erga solē & lunā. Primū ē uisio faciei ad faciē. Secūdū ē securitas. Tertiū ē cōbustio. Quartū ē oriētalitas & occidētalitas. Primo ergo determinat de uisione faciei ad faciē .ii. de securitate .iii. de cōbustione .iiii. de oriētalitate & occidētalitate. Pria ps ē in principio .ii. incipit ibi: & ex hoc ductoria .iii. ibi: & ois planeta .iiii. ibi: & ex quo altiores. Sētētia prime ptis ē quando aliqs planeta fuerit occidētalis a sole .s. q̄ oriat᷑ post sol' ortū & fuerint inter ipsū & solē tot signa quot sūt inter domū illi⁹ planetæ & leonē q ē dom⁹ sol' talis planeta dicit᷑ esse in uisiōe solis facie ad faciē. Verbi gratia: capricorn⁹ ē domus saturni & ē sextū signū a domo solis scilicet leone. cū igitur fuerit saturn⁹ in sexto signo a sole cōputādo numerꝝ signorꝝ a sole uersus saturnū secūdū ordinē signorꝝ. aliter enim non esset occidental' si nō cōputaret᷑ hoc mō tūc dicit᷑ ipsū uidere facie ad faciē. Et signū sagittarii ē qntū a leone. cū igit᷑ Iupiter fuerit in qnto signo a sole incipiēdo a sole uersus iouē fm ordinē signorꝝ dicitur uidere ipsū facie ad faciē & sic de aliis. Et quādo aliquis planeta fuerit oriental' a luna & fuerit inter ipsū & lunā secundū ordinē signorꝝ tot signa quot sunt inter domū ipsi⁹ planetæ & domū lune .s. cancrū tūc dicitur esse in ei⁹ uisione facie ad faciē. Verbi gratia: cancer est signū sextū ab alia domo saturni .s. ab aq̄rio: ióq; cū fuerit lūa a saturno i. 6o. signo ē iter eo uisio facie ad faciē. Et ēt cācer ē signū qntū a domo iouis .s. a piscib⁹: ióq; cū fuerit lūa i. 5o. signo a ioue fm ordinē signorꝝ ē iter eos uisio facie ad faciē & sic de aliis suo mō poteris exēplificare.

e X HOC DVCTORIA PLANETE. Hic determinat de .ii. esse 5. planetarꝝ erga luminaria .s. de ductoria quod idem est q̄ securitas

Et ē sētētia tal' qñ aliqs planeta ē in suo haim & in aliquo angulorꝫ ascenden/tis.s.in ascēdēte uel in 10.uel.7.uel.4.domo & aliquod luminariū sit in aliquo angulorꝫ ab ipō planeta ita ꝙ sit planeta in die orientalis a sole & in nocte occidentalis a luna.hoc est ut sit in die in 10.signo a sole tūc enim est in angulo a sole orientalis.uel in nocte in.4.signo a luna tūc enim ē i angulo a luna et occidentalis tunc dicit' esse in sua ductoria. Angul⁹ aūt oppositionis non habet hic locū.R ō ē quia planeta existens in opposito solis uel lune nec ē orientalis nec occidentalis. Postea dicit ꝙ oīs planeta a tēpore quo absconditur sub radiis solis usqꝫ ad tēp⁹ quo incipit apparere dicit' cobustus.Et incipit cōburi qñ incipit intrare radios: & cū uenerit prope solē infra. 12.grad⁹ uocatur oppressus: & cū fuerit cū sole in eodē gradu & fuerit inter eos min⁹ semidiametro solis & cum hoc latitudo planetæ fuerit minor semidiametro solis dicit' unit⁹ uel in corporat⁹ soli.Et cū trāsiuerit hāc unionē dicit' esse in cōualescētia donec sit liberat⁹ a radiis solis.

XQVO APPARENT ALTIORES TRES. Hic determinat de orietalitate & occidētalitate planetarꝫ.Dicit ꝙ tres plē superiores qñ exeūt de sub radiis sol' & incipiūt apparere de mane ante ortū solis quousqꝫ ueniāt ad oppositum solis hoc ē ꝙ sint propingores circulo horizontis horientalis qꝫ occidētalis quando sol ē i linea medie noctis tūc uocāt' oriētales & dextri. Vocāt' oriētales eo ꝙ oriūtur añ solē & uocāt' dextri eo ꝙ sūt i dextra pte cœli a sole. Pars.n.occidētal' ē dextra & oriētal' sinistra. Ponat'.n.ꝙ hō uertat faciē suā uersus meridiē patet ꝙ oriēs ē sibi a sinistris & occidēs a dextris.Et qñ aliqs triū supiorꝫ plāetarꝫ trāsiuerit oppositōnē sol' dr̄ occidētal' sinister.dr̄ occidētal' ñ ꝙ sit i pte occidētali cœli a sole imo hui⁹ cōtrariū ē uerꝫ.Sed dr̄ occidēta' ꝑ tāto qa occidit p⁹ solē.Et dr̄ sinister qa ē i pte oriētali cœli a sole q̄ ē sinister ſm ꝙ dictū ē. Ven⁹ uero & mercuri⁹ qlibet eorꝫ ifra tp̄s quo circuit epicyclū suū cōiūgit' soli bis.una uice ꝑ directōnē.s.i supiori pte epicycli Alia uice ꝑ retrogradatōnē.s.i iferiori pte epicycli Igit' qñ aliqs eorꝫ sepat' a cōiūctōe sol' i medio retrogradatōnis.s.i iferiori pte epicycli recedit a sole uersus ptē occidētalē cœli.Et qñ elōgat⁹ fuerit a sole tm̄ ꝙ pōt uideri uidet' de māe añ ortū solis iō tūc uocat' oriētales dexter donec cōburat' a sole.i.donec iūgat' soli i supiori pte epicycli ꝑ directōnē.Et cū sepatus fuerit a sole ꝑ directōnē uidet' de uespe p⁹ occasū sol' iō tūc uocat' occidētal' sinister dōec iterū cōburat' et ē drīa it' ueneré et mercuriū et tres supiores uen⁹.n.et mercuri⁹ qñqꝫ i recessu eorꝫ a sole siue i exitu de sub radiis fiūt oriētales & qñqꝫ i exitu eorꝫ de sub radiis fiūt occidētales. Plāetæ aūt supiores semꝑ cū exeūt de sub radiis sol' fiūt orientales.Et dicūtur argumentari in fortitudine donec sint elongati a sole per.30.gradus & a.30.usqꝫ ad.60.dicuntur fortes .Et post qꝫ elongati fuerint a sole ultra .60.gradus dicuntur orientales euntes ad de/

bilitatẽ usq; ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usq; ad oppositionẽ solis dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppositione usq; ad directionem dicũtur occidentales retrogradi. Et a directione usq; ad. 30. gradus post directionẽ dicũtur occidentales fortes. Et a. 30. gradib⁹ post directionem quousq; ueniant ad. 30. gradus prope solẽ dicuntur occidentales eũtes ad debilitatem. Et postea dicuntur occidẽtales debiles quousq; comburant. Ven⁹ uero & mercurius quando separantur a sole per retrogradationem fiũt orientales & uocantur debiles quousq; ueniant ad directionẽ: & a directione donec sint elongati a sole tantum quantũ solent elongari in principio retrogradationis dicuntur orientales fortes. Deinde fiunt debiles orientales & quousq; opprimantur sub radiis solis: & postea dicuntur uniti cũ sole. deinde cõbusti euntes ad apparationem: & ab apparatione eo℞ usq; ad elongationẽ eorum a superiori parte epicycli per. 60. grad⁹ sunt occidentales fortes & ab hoc loco usq; ad retrogradationem sunt occidentales eũtes ad debilitatẽ & postea usq; coniunctionem sunt occidẽtales debiles. Si uero nõ intelligeret littera hoc mõ esset falsa cũ ñ sit possibile eos elõgari a sole usq; ad 60. grad⁹ in zodiaco. Postea dicit quãdo aliquis planeta exit de sub radiis solis & nulli cõiũgit cor pore uel aspectu ẽ in suo lumine proprio.

e SSE ILLORVM ERGA SE INVICEM. Prius determinauit de his q̃ accidunt planetis in semetipsis & his quæ accidũt qnq; planetis erga luminaria. Hic determinat de his quæ accidunt. 7. planetis ad se inuicem. Et posset diuidi in tot partes quot sũt modi accidentium quæ accidunt planetis ad inuicem. Et pñt reduci ad. 16. modos secundum sententiã littere qui sunt isti coniunctio: uacuatio cursus: feralitas: translatio luminis redditꝰ luminis: prohibitio: pulsatio nature: receptio: redditus nature: refrenatio siue contrarietas frustratio: abscisio luminis: ueneratio: destructio obsessio: dilectio & odium. Ista exponit auctor in littera per ordinem usq; ad finem isti⁹ differentie. Sententia prime partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planetæ in duobus signis quæ se aspiciunt aliquo aspectu & ille q fuerit leuior inter eos. i. uelocior ĩ motu trãsiuerit de suo signo pauciores gradus q̃ põderosus. i. tardiori motu de suo signo ita ꝙ differẽtia ista sit. 6. grad⁹ uel infra: & tunc dicit ꝙ leuior uadit ad cõiũctõnẽ põderosioris. uerbi grã: pono ꝙ sol sit in ariete & trãsiuerit de ipso ariete. 6. grad⁹ & mars sit in leone & trãsiuerit de ipso. 12. grad⁹ ista duo signa aspiciũt se aspectu trino. Et sol q ẽ uelocior in motu q̃ mars transiuit pauciores grad⁹ de ariete q̃ mars de leone: & sunt in differentia 6. grad⁹. In proposito exemplo sol uadit ad coniunctionẽ martis de aspectu trino. Et si sol esset in. 12. gradu arietis & mars in. 12. gradu leonis tunc esset coniunctio completa. Et si sol esset ultra duodecimum gradum arietis marte existente in. 12. leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hæc

uocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planetæ in uno signo coniuncti corporaliter & fuerint equalis latitudinis ab eclyptica ita quod latitudo unius sit ascendens in septentrione & alterius descendens in septētrione uel unius ascendens in meridie & alterius descendens in meridie. Vel si fuerit coniunctio ex aliquo aspectuum & latitudo unius fuerit septentrionalis ascendens & alterius meridiana ascendēs. Verbi gratia: pono quod luna coniūgatur saturno in aliquo signo & in aliquo gradu & minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genzahar suum uadens ad septentrionem in latitudinem & sit eius latitudo .iii. minutorum ex luna appropinquet ad caudam draconis ueniens a septentrione minuens latitudinem ita quod eius latitudo similiter sit .iii. minutorum hæc est coniunctio uerissima quantū ad longitudinē & latitudinē. Et in hoc casu luna eclypsaret saturnū nisi diuersitas aspectus lune esset tanta quod impediret. Licet auctor dicat quod latitudo unius debeat esse ascendens & alterius descendēs tamen uidet mihi quod in cōiūctiōe corpali in omni casu quo contingere poterit quod latitudines amborū sint equales ad eādem partem. Volo dicere quod ambe latitudines sint septētrionales uel ambe meridionales erit coniunctio latitudinum ueridica: & in aspectu oppositiōis si latitudines fuerint equales in diuersis partibus ita quod una sit meridionalis & alia septentrionalis erit aspectus ueridicus quantū ad latitudines.

T CVM SEPERATVR VNVS PLANETA AB ALIO.

e Hic ponit uacuationē cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit cōiunctus alteri corpore uel aspectu & post seperationem ab illo non cōiūgitur alicui alteri corpore uel aspectu quādiu fuerit in illo signo tunc dicitur esse uacuus cursu. Verbi gratia: pono quod luna iungatur Ioui corporaliter in sagittario & post seperationem eius a Ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit coniungi nec radii alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est uacua cursu donec exeat de sagittario & iungatur alicui corpore uel aspectu.

T SI FVERIT PLANETA IN ALIQVO SIGNO. Dicit quando aliquis planeta fuerit in alquo signo ubi nullus alter planeta sit nec radii alicuius ille planeta quādiu fuerit in signo illo sic se habente dicitur eē feralis siue siluestris in similitudine hominis non habentis societatē cū aliquo.

ET CVM FVERIT SEPARATVS. Dicit quādo planeta uelocioris motus sepauerit se a planeta tardioris motus & in separando se ab eo iungatur alteri tunc trāsfert naturā primi ad secundū. Verbi gratia pono quod luna separatur a coniunctione corporali Iouis & anteq̄ compleatur seperatio coniungatur saturno aliquo aspectu: uel corporaliter luna transfert tunc naturam Iouis ad saturnū. Fit etiam alio modo translatio scilicet quando planeta leuis cōiungitur

pöderosiori se & ille ponderosus alteri adhuc pöderosiori se tüc medius träsfert naturam leuis ad ponderosioré. uerbi gratia: pono quod luna aspiciat & iouem aliquo aspectu & iupiter aspiciat saturnum iupiter in hoc casu transfert naturam lune ad saturnü.
SI AVTEM NON CONIVNGITVR. Dicit quod quädo duo planetæ fuerint hoc modo dispositi quod unus eorum nö iungitur alteri sed ambo iunguntur alicui tertio tunc si ille tertius aspiciat aliqué locum ex locis circuli proiicit lumen illorum duorü ad illü locü. Et si aliquis planeta fuerit in loco radiorum suorü reddit illi lumen illorum duorum. uerbi gratia pono quod sol sit in capricorno & uenus in piscibus ita q nö aspiciant se. Deinde pono qd mars sit in cancro aspiciés solé de opposito & uenerem de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis & ueneris & reddit lumina ipsorum ad löca circuli in quibus sunt radii martis. & hoc uocatur redditus luminis. Fit etiam alio modo redditus luminis quando duo planetæ non aspiciant se sed tertius transfert lumen unius ad alteü ita q separatur ab uno & iungatur alteri & tüc idé est q translatio.
SEQVITVR PROHIBITIO. Dicit quando tres planetæ fuerint in uno signo sed in diuersis gradibus & ille qui fuerit tardior motu transiuerit plures gradus illius signi quä aliquis aliorum duorü tunc medius eorü prohibet cöiunctionem leuioris cum ponderoso. uerbi gratia: pono quod saturnus sit in. xii. gradu uirginis & pono quod mars sit in quinto gradu eiusdé uirginis in hoc casu mars petit coniunctióem saturni. Sed pono quod luna sit in. viii. gradu eiusdem uirginis in hoc casu non esset iudicandum q mars coniungeretur saturno quia luna est in medio & prohibet eius coniunctionem. Fit etiam prohibitio alio modo ita quod duo planetæ sint in uno signo & leuior iungitur ponderosiori & alter planeta aspiciat eundem ponderosum & aspectus eius sit ita prope sicut coniunctio corporalis alterius tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet aspicienté ne aspiciat. Et si in hoc casu unus illorü fuerit propinquior q alter ille qui fuerit propinquior obtinet & dicitur iungi ponderosiori. uerbi gratia: pono quod saturnus sit in. xii. gradu uirginis & mars in. viii. gradu eiusdem. Et pono quod iupiter proiiciat radios suos ad octauum gradum uirginis in hoc casu mars prohibet aspectum iouis. Sed si iupiter proiicere radios suos ad nonum gradü esset iudicandü quod iupiter aspiceret saturnum & cü hoc prohiberet coniunctioné martis. Et si iupiter proiiceret radios suos ad. vii. gradum eét iudicandum q mars iungeretur saturno & cum hoc prohiberet aspectü iouis.
ET SI IVNGITVR PLANETA DOMINO ILLIVS SIGNI. Dicit aliquädo aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo fuerit uel domino exaltatióis uel triplicitatis uel termini uel faciei dicitur mittere naturä dñi illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas. uerbi gratia: pono q sol sit in capricorno aspiciés saturnü existenté in uirgine in hoc casu solé in do

mo saturni & mittit naturā ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco ubi habet dignitatē aliquam. uerbi gratia: quod sit domus sua uel exaltatio & cetera & aspiciat aliquē planetā ponderosiorem se qui nullam habeat dignitatē in loco ei⁹ dicitur leuis mittere suā fortitudinē pōderoso. uerbi gratia: pono ꝙ luna sit in tauro. s. in exaltatiōe sua & aspiciat saturnū existētem in uirgine de trino in hoc casu luna naturam suam siue uirtutē mittit ipsi saturno licet saturnus nullā habeat dignitatē in loco lune. sed si saturnus habeat dignitatē in loco lune. uerbi gratia: pono ꝙ luna sit in. xxiiii. gradu tauri in exaltatione sua & in termino & facie saturni & aspiciat saturnū mittit saturno naturam propriam & naturam saturni ratione termini & faciei sue.

ET QVANDO FVERIT IN ALIQVA DIGNITATVM SVARVM. Et dicit planeta leuior aspicit pōderosiorē se & leuior habet dignitatē in loco in quo est & ille quē aspicit etiā hēt ibidē aliquā dignitatē tūc leuis mittit pōderoso utrasq; naturas. s. suā propriā & illi⁹ quē aspicit & hæc missio uocatur receptio. uerbi gratia pono ꝙ sol sit in ariete in exaltatione sua & in domo martis & aspiciat martē aliquo aspectu. in hoc casu sol mittit marti naturā suā ꝓpriā & cū hoc naturā martis rōne domus sue & mars recipit solē a domo sua. Et si cōtingat ꝙ inferior sit in dignitate supioris & ecōtra supior ī dignitate iferioris illa ē melior receptio q̄ eē pt. uerbi gr̄a: sit sol in ariete in domo martis & mars in leone in domo solis & sol aspiciat martē aspectu tertio talis receptio ītegra & pfecta.

HINC SEQVITVR REDDITVS. Dicit qn̄ iferior planeta aspicit supiorē & ille quē aspicit est cōbust⁹ sub radiis uel retrograd⁹. in hoc casu supior reddit inferiori uirtutē quā sibi misit: qa ꝓpter debilitatē suā nō pōt retinere eā. Et si in tali casu uterq; fuerit in angulo ul' in succedēti tūc redditus fit cū ꝓficuo. Et si inferior fuerit in angulo & supior nō ita tñ ꝙ superior recipiat inferiorē tal' reddit⁹ etiā fit cū ꝓficuo. Et si iferior fuerit cadēs ab āgulo & supior in angulo fit reddit⁹ cū ꝓficuo. Et si ambo fuerit cadētes reddit⁹ fit cū detrimēto. uerbi gratia pono ꝙ luna sit in tauro & aspiciat mercuriū existētē in capricorno cōbustū. in hoc casu lūa mittit mercurio naturā suā. Sed qa mercurius est cōbust⁹ nō pōt retinere naturā sibi missam: iō reddit lumē illud quod recipit ab ea & si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficuus & cetera.

DEINDE SEQVITVR ALMENEM. Dicit qn̄ planeta iferior uult cōiungi supiori sed anteq̄ cōpleat' cōiūctio inferiori fit retrogradus hoc uocat' refrenatō. uerbi gratia pono ꝙ saturnus sit in. xii. gradu uirginis & uenus in principio uirginis uadēs ad cōiunctionem saturni. Sed cū puenerit uenus ad. viii. gradū uel nonū. s. anteq̄ cōtingat saturnū incipit retrocedere. in tali casu refrenat' uenus ne cōiungat' saturno & idē intellige de aspectu si iret ad aspectū: sed anteq̄ aspectus compleret' inciperet retrocedere.

HANC SEQVITVR ALCHORAD IDEST CONTRARIETAS. Dicit quod contrarietas est quãdo tres planetæ fuerint in uno signo quorum unus sit ponderosus & alii duo leues & unus duorũ leuium transiuerit põderosum & alter petat coniunctionem ponderosi sed anteq̃ coniungat' ponderoso per retrogradatiõem & obuiat alteri leui tunc retrogradus destruit coniunctionem illius cui obuiat cũ ponderoso. Verbi gratia: pono quod sit saturnus in. viii. gradu uirginis & mars in. xii. gradu eiusdem & iupiter sit in principio uirginis petens coniunctionem saturni sed antequã coniungatur sibi: mars incipiat retrogradari & coniungi saturno per retrogradationem & obuiet ioui in hoc casu mars destruit coniunctionem iouis cum saturno.

SEQVITVR ALPHARIZ IDEST FRVSTRATIO. Dicit q frustratio est quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi sed antequam compleatur coniunctio ponderosus intrat aliud signum & sint radii alicuius alterius planetæ in principio illius signi tunc quando leuis uolens coniungi ponderoso intrat illud signũ coniungit' radiis illius planete ibi aspicientis & sic annullatur coniunctio prima. uerbi gratia: pono quod saturnus sit in. xxviiii. gradu leonis & mars sit in. xxiiii. gradu eiusdem petens coniunctionẽ saturni sed anteq̃ iungatur mars saturno saturnus intret uirginẽ & pono quod iupiter aspiciat primũ gradũ uirginis. in hoc casu mars exiens de leone cõiungitur radiis iouis & sic annullatur coniunctio martis & saturni.

HANC QVOQVE SEQVITVR ABSCISIO LVMINIS. Dicit q abscisio luminis ẽ quando aliquis planeta leuis petit cõiunctionẽ ponderosi & in secundo signo a signo ponderosi sit alter planeta sed antequam leuis iungatur ponderoso ille qui est in secũdo signo sit retrograd? & abscindit lumen põderosi a planeta qui uolebat ei iungi. Et est quasi idẽ quod contrarietas sed differt in hoc quia in cõtrarietate planeta retrogradus nõ solum iungitur ponderoso sed etiam iungit' leui qui uolebat iungi põderoso per obuiationem & põt exemplificari sicut ibi fuit dictũ. Fit etiam alio modo abscisio luminis. s. quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi & ille ponderosus petit cõiunctionẽ alterius ponderosioris & iungitur ei anteq̃ leuis iungat' primo põderoso. uerbi gratia: pono quod mars cõiunctionem iouis & iupiter petat coniunctionẽ saturni & anteq̃ mars iungat' ioui iupit' iungitur saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

SVNT QVOQVE HIS PLANETIS. Dicit q planetæ in quibusdã locis cõfortantur & in qbusdã debilitant' & in qbusdã locis fiũt fortune & in qbusdã infortune. Fiũt fortune in aspectu sextili uel tertio bonorũ & ut infortune sint cadẽtes ab eis iuxta q intelligendum est qñ aliqs planeta est in eodem signo cum alio uel in quarto uel in septimo uel decimo ab ipso dicitur esse in angulo ab illo. Et si fuerit in secundo signo ab ipso uel in quinto uel in octauo

uel in.xi.dicitur esse ab ipso in succedenti.Et si fuerit ab ipso in tertio signo uel in.vi.uel.in viiii.uel .xii.dicitur esse in cadenti ab ipso.Fiunt etiam fortune quádo seperantur ab una fortuna & iunguntur alteri aut quod sint inter radios duarum fortunarum & hoc uocatur ueneratio a quibusdam. Fiunt etiam fortune quando sunt uniti sole in eodem gradu aut quod sint in eius aspectu tertio uel sextili uel in aspectu trino uel sextili lune & etiam ut sint aucti numero & lumine:& quod sint in aliqua dignitatum suarum uel in suo haiz. Et planetæ fiunt fortiores quando ascendũt in circulo augis & quando sunt septétrionales uel ascendunt in septentrione.Similiter fortificantur quando sunt in statiõe secunda euntes ad directionem.Similiter quando exeunt de sub radiis solis & quando sunt in angulis uel in succedentibus.Et tres superiores fortificátur quádo sunt orientales.Et si aspiciũt solem aspectu sextili augmentatur eorum fortitudo.Similiter quando fuerint in q̃rtis masculinis uel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentatur in quartis & in signis masculinis preterq̃ in libra ibi enim non fortificatur propter casum ab exaltatione licet libra sit signũ masculinũ & etiá in quadra masculina & tres inferiores planetæ scilicet existétes sub sole fortificantur quando sunt occidentales a sole & in quartis & in signis fœmininis.Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terrá & in die sub terra & cũ fuerit in signo & in loco fœminino & cum fuerit in exaltatione scilicet solis in ariete.

EX INFORTVNIO VERO PLANETARVM .Dicit quod planetæ fiũt infortune idest infortunantur quando sunt in aspectibus malorũ & quando coniunguntur malis per corpus uel per aspectum ita quod inter eos & corpus mali uel int̃ eos & radios mali sint minus termino uni⁹ planetæ .Et infortunát̃ qñ sunt in termis maloꝝ aut in domib⁹ maloꝝ.Verbi gr̃a Iupit̃ uel uen⁹ infortunantur in terminis saturni & martis & in domibus eorum .Et infortunátur quando infortune eleuantur super ipsos ita quod sint infortune in.x.uel.xi. signo ab ipsis .Iuxta quod intelligendum est quod planeta existens in. x. signo ab alio dicitur eleuari super ipsum sicut existens in.x.domo eleuatur super ascédens & si istud fiat sine receptione est peius .Verbi gratia :pono quod Iupiter sit in principio sagittarii & saturnus in principio uirginis in hoc casu saturnus eleuat̃ super Iouem .Virgo enim est decimum signũ a sagittario . Infortunantur etiam quando sunt in coniunctione solis uel in opposito solis uel in aspectu eius quarto .Etiam infortunantur quando sunt in capitibus suorum genzahar idest in intersectionibus deferentiũ eorum cum eclyptica siue in capite uel cauda draconis eorum uel prope hæc loca per.xii gradus uel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis uel sol scilicet ut luna uel sol iungatur eis in his locis uel aspiciat eos aspectu inimico.Ratio autem quare infortunantur in his locis est quia possunt ibi eclypsari .Infortunantur etiam quando distát a sole p

quattuor gradus ante uel retro. Et quando fuerint inter corpa uel radios duorum malorum ita quod separent ab uno malo corpore uel aspectu & iungant alteri malo: aut fuerit malus: uel radii eius in signo quod est ante eum & alter malus uel radii eius in signo quod est post eum tunc enim dicitur obsessus. Verbi gratia: pono φ Iupiter sit in uirgine & in. xi. gradu.: & mars uel radii martis sint in. x. gradu eiusdē & saturn⁹ uel mars sint in. xii. gradu eiusdē in hoc casu Iupiter diceretur obsessus a duabus infortunis. Eodē modo dicit de signis φ sunt obsessa qñ unus malus est in eius pncipio & alter in ei⁹ fine. Sed qñ sol uel fortuna aspicit planetā uel signū obsessum aspectu sextili ul' tertio ita φ sit aspect⁹ ad. vii. grad⁹ prope uel intra tunc per talem aspectū soluitur obsessio. Infortunantur etiam quando sunt retrogradi uel cōbusti aut cadentes ab angulis. Et debilitantur qñ sunt tardi cursus quod uadant minus medio motu eoꝝ. Et qñ sunt in statione prima euntes ad retrogradationē: aut φ sint in gradibus tenebrosis aut planetæ masculini in signis uel gradibus fœmininis & in die sub terra & in nocte super terrā: aut fœminini in signis masculinis & in gradib⁹ masculinis & in die super terram & in nocte sub terra. Hoc enim est cōtrariū haiz idest similitudini eorū. Et debilitant siue infortunant qñ sūt in locis oppositis dignitatū suarum aut φ sint in latitudine meridiana ab eclyptica maxime si fuerint descendentes in eadem latitudine aut sint in uia combusta. s. a medietate libræ usq; ad mediū scorpionis aut sint iuncti planetæ retrogrado aut cadēti aut quod non sint recepti. Et tres superiores scilicet saturnus Iupiter & mars debilitantur cum fuerint occidentales a sole aut in quartis fœmininis & sol debilitantur in signis & in quartis fœmininis nisi fuerit in nona domo: quia in illa gaudet tres inferiores scilicet uenus mercurius & luna debilitantur in signis & in q̄rtis masculinis. Et dicitur de planetis quod sūt quidā eorū seinuicem diligentes. Dicit quod quidam planetæ diligunt se inuicē & quidā habent se odio & patet in littera. & sic completa est expositio. iii. differentie alchabicii introductorii ad iudicium.

DIFFERENTIA QUARTA IN EXPOSITIONE NOMINUM ASTROLOGICORUM.

Cópletis tribus differentiis huius libri in qbus auctor determinauit de eē circuli signoꝝ essentiali & accidentali in prima differētia: & de naturis septē planetaꝝ in. ii. differentia: & de his quæ accidūt septē planetis in semetipsis & adinuicē. s. in. iii. differētia Sequit q̄rta differētia in qua exponit nomina quibus utuntur magistri iudiciorum & docet ea applicare ad opus. Et potest tota illa differentia diuidi in. xvi. partes secundū. xvi. capitula quæ ponit in ea. In primo capitulo loquitur de cōiunctionibus magnis connumerando eas. in secundo capitulo docet inuestigare gradū ascendentē alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locum

uite in natiuitatib⁹. In quarto capitulo docet eligere datorē annorū uite in natiuitatib⁹. In .v. docet eligere planetā dn̄atorē natiuitatis q̄ p̄est nato post hylech & alcochoden. In .vi. tractat de profectu annorū natiuitatis & mundi. In. vii. c. docet dirigere significatorē quēlibet ad quēlibet locū circuli. In. viii. docet dirigere gradū ascēdētē in natiuitatib⁹. In. viiii. docet inuenire duodenarias planetarū & domoꝝ. In. x. docet inuenire nouenarias. In. xi. docet inuenire decanū. In. xii. docet inuenire dn̄m orbis siue hore. In. xiii. docet inuenire annos fridarie in natiuitatib⁹. In. xiiii. docet cognoscere q̄s planetarū eleuat̄ sup alterū. In. xv. docet inuenire qn̄ fit apertio portaꝝ. In. xvi. loquit̄ de horis fortunatis & infortunatis: ubi p̄tes incipiant patebit in processu. In p̄mo ergo .c. loq̄tur generaliter de magnis cōiunctionib⁹ & dicit q̄ cōiūctiōes magne sūt res significātes destructiōes siue mutatiōes q̄ fiūt in hoc seculo & sūt .vi. in numero. Prima maior oīb⁹ cōiunctiōibus est cōiunctio iouis & saturni in principio arietis & hoc fit in .960. ānis semel. ii. cōiūctio ē mutatio cōiūctiōis iouis & saturni de una triplicitatē ad aliā & hoc fit in .ccxl. annis semel. Et qn̄ uenit cōiūctio eoꝝ ad aliq̄ triplicitatē anteq̄ exeat illam duodecies coniungūt̄. Verbi gratia: cōiūctio iouis & saturni nūc est in triplicitate aerea & incipit in signo geminorū anno dn̄i. Mcccxxv. ab illo tempore in .xx. annis .s. anno dn̄i. Mcccxlv. cōiūgent̄ in aquario & ab illo in .xx. annis coniungentur in libra & postea in geminis & ita secūdū hūc ordinē donec in his tribus signis duodecies cōiungant̄ & si multiplicaueris .xx. per .xii. inuenies .ccxl. annos post quos cōiunctio mutabit se & intrabit triplicitatē aquaticā & stabit ibi similiter p. ccxl. ānos & sic de aliis triplicitatib⁹ itelligas: & intelligas q̄ sicut dicit q̄ cōiūctio maxia reuertit̄ in .960. ānis ad p̄ncipiū arietis .i. ad triplicitatē igneā ita cōiūctio intrās principiū alicuius alterius triplicitatis nō reuertit̄ ad p̄ncipiū eiusdē nisi post .960. annos stabit igitur ut supra dictū est in q̄libet triplicitate .ccxl. annis triplitates sunt quattuor multiplica igit̄ .ccxl. per q̄ttuor & inuenies .960. annos. iii. coniunctio est martis & saturni in cancro in quibuslibet .xxx. annis. quarta cōiunctio est iouis & saturni in quocūq̄ signo fuerit: & hoc fit in .xx. ānis semel. v. cōiunctio est introitus magni luminaris in primum minutum equinoxii uernalis idest arietis sexta coniunctio est solis & lune & eorum oppositio. Et quando dicitur ascēdens coniunctiōis magne intelligitur de ascendēte scilicet introitus solis in arietem in illo anno in quo dēt fieri illa coniunctio. Verbi gratia: cōiunctio. Iouis & saturni fuit in geminis anno domini. Mcccxxv. Et ascendens introitus solis in arietem in illo anno fuit taurus .xx. grad⁹. taurus ergo est ascendens illius cōiunctiōis. Iste coniūctiones quę dicte sunt uocātur cōiūctiōes magne. Alie multe sunt coniūctiōes in planetis quarum numerus est .cxx. secūdum Ptolomeum in .l. propositiōe cētiloquii. Dicit enim ibi nō obliuiscaris esse .cxx. cōiūctiones quę fiūt in stellis erraticis. in illis .n. est maior scia eoꝝ q̄ fiūt in hoc mūdo

suscipienti incrementum & decrementum. Haly ibi in cōmento numerat eas & dicit quod quædam sunt coniunctiones binarie & quædam trinarie quædā quatrinarie quædam quinarie quædam senarie quædam septenarie. Binaria autem coniunctio est quando duo planetæ tantum coniunguntur: & hoc potest xxi. modis uariari. Ternaria coniunctio est quando coniunguntur tres planetæ & hoc potest uariari trigintaquinq; modis. Quadrinaria coniunctio est qñ cōiunguntur quattuor planetæ: & hoc pōt uariari similiter. xxxv. modis. Quinaria coniunctio est quando coniungunt᷑ quinq; planetæ & hoc potest uariari xxi. modis. Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planetæ & hoc potest uariari. vii. modis. Septenaria non est nisi una scilicet coniunctio omniū septem planetarum. Et si cōputaueris seu addideris hos numeros predictos ad inuicem inuenies. cxx. Qui uolunt singulas numerare inueniēt eas numeratas in cōmento propositionis preallegate.

TEX HOC ANNIMODAR QUOD EST. In hoc capitulo auctor docet inuestigare gradum ascendentem alicuius natiuitatis supposito quod sciatur signum ascendens & ignoret᷑ gradus & hoc docet secundum sententiam Ptolomei non secundum propriam intentionem. Dicit enim Ptolomeus in. xxxiiii. propositione cētiloquii Almustoli super locum coniūctionis uel preuentionis est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natiuitatis humane quæ fuerit in illa coniunctione uel preuentiōe Et omnis gradus qui nō est similis gradui almutem super locum coniunctiōis uel preuentionis non est angulus alicuius natiuitatis humane. Sententia littere talis est cum uolueris inuenire gradum ascendentem natiuitatis alicuius considera coniunctionem solis & lune quæ precessit natiuitatem uel oppositiōe si precessit oppositio. Si precessit coniunctio natiuitas dicitur coniunctionalis: si ꝑcessit oppositio siue preuentio quod idem est natiuitas uocatur ꝑuentionalis. Si natiuitas fuerit coniūctionalis considera gradum in quo cōiunguntur luminaria scilicet gradum zodiaci inquo fuit coniunctio precedens illam natiuitatē & uide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum. ille enim est almutem super locū coniunctionis. Equa ergo eū ad horam natiuitatis quo equato constitue ascendens ad horam natiuitatis secundum estimationem ita tamen quod sis certus de signo ascendēte. Si enim deficeres in signo hæc regula non ualeret tibi. Habito igitur signo ascendente hora natiuitatis: cōsidera utrum locus planetæ quem equasti tali dispositione stante sit propinquior gradui ascendentis uel gradui decime domus & cui eorum fuerit propinquior hunc angulū facies similem gradui planetæ. hoc est: pone tot gradus signi existentis in angulo quot grad⁹ pertransiuit planeta de signo in quo est. Et ut euidentius pateat sententia littere pono in hoc exemplum. Pono quod in hora natiuitatis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius

& pono ꝙ natiuitas fuit cōiunctionalis & cōiunctio precedēs eā fuit in .6 .gradu aquarii uideo ꝙ saturnus est fortior in illo gradu ergo equabo saturnū ad horā natiuitatis & ponatur ꝙ inueniā eū in .20 .gradu uirginis uideo ꝙ saturn⁹ in hoc casu est propinquior ascendenti q̄ȝ medio cœli secundum ascendens estimatū: faciā ergo angulum ascendentis ad similitudinem grad⁹ saturni .hoc est ponā uigesimū gradū libre in ascēdente & si fuisset propinquior medio cœli fecissem angulū medii cœli uigesimū gradū signi ibidē existētis. Si autē natiuitas preuētionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut nūc tibi dixi de gradu cōiunctionis idest considerabis planetā habentē plures fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubiū est de gradu preuentionis cū in preuentione siue oppositione sol sit in uno gradu & luna in opposito quem ergo gradum accipiem⁹ pro gradu preuentionis utrum gradum solis uel gradum lune. Dicit auctor secundum intentionem Ptolomei ꝙ gradum illi⁹ luminaris accipere debem⁹ quod fuerit super terram. Sed adhuc restat dubium. Ponatur ꝙ unum luminare sit in ortu reliquum in occasu & sic neutrum erit super terrā nec sub terra. Dicit auctor ꝙ quidam sapientes dixerunt ꝙ debemus operari per gradum illius luminaris quod fuerit in oriente. Deinde dicit auctor ꝙ Ptolomeus dixit si plures planetæ conuenirent in domino loci cōiunctionis uel p̄uentionis .s. ꝙ duo planetæ uel tres in loco illo haberent equales fortitudines uidelicet ꝙ unus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus accipere illum qui fuerit in suo haim: & sic quilibet eorum fuerit in suo haim tunc debemus accipere illū qui citi⁹ deberet mutari ad meli⁹ esse .i. illū qui citi⁹ intrabit signū in quo habet plures fortitudines q̄ȝ in illo signo in quo ē. Et si fuerint orientales a sole eligas eū qui fuerit soli propinquior dūmodo nō sit combustus:

Iuxta istam partem notandum est ꝙ alter est modus inuestigandi gradum ascendentis natiuitatis & ille modus accipitur a sententia Ptolomei in .51 .propositione centiloquii ubi dicit. Loc⁹ lune in natiuitate est ipse gradus ascendēs de circulo in hora casus spermatis in matricem & locus lune hora casus sp̄matis est gradus ascendens hora natiuitatis. Est etiam intelligendum ad euidentiā dicendorum ꝙ more infantum in uteris matrum non sunt equales secūdum ꝙ dicit Haly in cōmento propositionis iam allegate. More autem sunt distincte in .3 .scilicet maiorem moram & in mediam & in minorem. Minor autem mora continet .258 .dies Media mora continet .273 .dies. Maior mora continet .288 .dies. Et differentia inter maiorem & minorem sunt .30 .dies. Istud ē intelligendum de his quæ nascuntur secundum cursum naturalem. De abhortiuis autem & de his qui nascuntur in septimo mēse hæc regula nō tenet. Quātitas autem more infantis in utero accipitur a loco lune in figura hora natiuitatis. Si enim in hora natiuitatis luna fuerit in principio septime dom⁹ super

terram scilicet supra horizontem occidentalem tunc infans fuit in utero ma/
tris per moram minorem scilicet per.258.dies. Et si luna fuerit in hora natiuita
tis in gradu ascendente tunc infans stetit in utero per moram mediam scilicet
per.273.dies. Et si luna fuerit hora natiuitatis in gradu qui est ante gradum oc
cidentis tunc infans stetit in utero per moram maiorem scilicet.288.dies Et no
ta ꝙ cum luna in natiuitate est in parte occidentali prope horizontem si astro
nom⁹ credit eam esse super terram quando est sub terra uel econtra errabit in
hora conceptionis per.30.dies. Si uero luna fuerit super terram elongata ab oc
cidente idest inter oriens & occidens mora in utero est maior minori mora et
minor media. Dico ꝙ ē maior minori mora secundum quantitatem elongatō
nis lune ab occidente. Et si luna fuerit sub terra elōgata ab ascendente mora in
utero est maior media & minor maiori & est maior media secundum quanti
tatem elongationis ab ascendente. Cum secundum hanc uiam uolueris gradū
ascendentis natiuitatis alicui⁹ inuestigare constitue ascendēs ad horam natiui
tatis secundum estimationem propinquiorē quantū poteris ueritati & equa lu
nam ad illam horam: & uide in quo loco ceciderit in figura: ꝙ si ceciderit in
principio septime dom⁹ subtrahe ab hora natiuitatis.258.dies & remanebit ho
ra cōceptionis. Si uero ceciderit inter septimā domū & ascendēs.s. super terrā
uide per quot grad⁹ sit elongata a gradu occidētis & ꝓ quibuslibet.12.gradib⁹
accipe unum diē et ꝓ quolibet gradu qui fuerit ultra.12.accipe duas horas quos
dies & horas adde sup morā minorē.i.super.258.dies. Et totū subtrahe ab ho/
ra natiuitatis & remanebit temp⁹ cōceptionis. Si uero ceciderit in ascēdēte sub
trahe ab hora natiuitatis.273.dies & remanebit temp⁹ conceptōnis. Si uero ce
ciderit inter ascendēs & septimā.s.sub terra considera quantum sit elongata a
gradu ascendente et pro quibuslibet.12.gradib⁹ accipe unum diem & pro quo
libet gradu residuo duas horas & numerum dierum & horarum prouenientē
adde super moram mediam & totum subtrahe ab hora natiuitatis. Si uero lu/
na ceciderit in fine sexte dom⁹ subtrahe ab hora natiuitatis moram maiorem
& remanet hora cōceptionis: Hora igitur conceptionis nota equa lunam ad il
lam horam & gradus in quo inuenta fuerit fuit ascendens in hora natiuitatis
Licet hæc uia sit uera secundum intentionem fere omniū sapientum. Videtur
tamen mihi & cert⁹ sum ꝙ non sufficit ad inuestigandum gradum in casu ubi
non habeo gradum ascendentem nisi per estimationem. Supponit enim ꝙ sci
am elongationem lune a gradu occidentis uel ab ascendente: & si ignorem gra
dum ascendentem & per consequēs gradum occidentis quomodo potero sci/
re distātiam lune ab aliquo illoꝝ nescio. Posito enim ꝙ estimatio mea deficiat
per.12.gradus distantia lune ab occidente uel ab ascendente etiam deficiet ꝑ.12.
gradus & pro illis deberet accipi una dies & sic deficiet hora conceptionis in
una die & defectus ultimus scilicet in gradu ascendentis erit quantum luna mo

uetur una die.

T EX HOC HYLECH. In hoc capitulo auctor docet eligere hy
